



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**


Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniae, 1654**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44934**










Th. 2537.

K  
L  
3





















Bedrückt zu Cöllen in verlag Duerraden  
A<sup>o</sup> 1654 Cum privilegio.

COMMUNIO  
SANCTORVM.

IN  
ECCLESIA CATHOLICA  
Fide & praxi frequentata.

*Catholicis ad devotionem.*

*A catholicis ad informationem.*

PROPOSITA  
EX PP. SOC. JESU.



COLLECTA.

Coloniae sumptibus Overadorum.

Anno 1644. in thiro

*Collegii S. Ioseph Paderbornae.*

**Psalm. 150.**

**Laudate Dominum in Sanctis eius. *Univer-***  
*sim.*

**Laudate eum in firmamento virtutis eius.**  
*B. V. M.*

**Laudate eum in virtutibus eius. *SS. Angelis.***

**Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. *SS. Patriarchis & Prophetis.***

**Laudate eum in sono tubæ. *SS. Apostolis.***

**Laudate eum in Psalterio & Cithara. *Confess. & Mart.***

**Laudate eum in Tympano & Choro. *SS. Doctoribus & Conciliis PP.***

**Laudate eum in Chordis & Organo. *B. Virginitibus & Religiosis.***

**Laudate eum in Cymbalis bene Sonantibus.**  
*Pastoribus animarum.*

**Laudate eum in Cymbalis jubilationis.**  
*Eremitis seu solitariis.*

**Omnis Spiritus laudet Dominum. *Gratia Dei præditus.***



# PRÆFATIO.

*Amice Lector, paucis Paragraphis  
te alloquor.*

§.1. **P**Oterat hic libellus nascens  
sortiri nomen *Anni Sancti*,  
eo quod exhibeat, non profanas  
res, sed sacras, nempe in dies singu-  
los personarum sanctarum, utrius-  
que sexus, fere ternarum, nomina,  
diem, iconem, documentum, ora-  
tionem & vitæ synopsis.

§.2. Sed cum alius antea natus li-  
ber, *Anni Sancti* nomen primoge-  
nituræ jure assumpserit, iste Titu-  
lum COMMUNIONIS SANCTO-  
RUM ex Symbolo Apostolico, sub  
quo militat, mutuatus est, ex re tam  
sanctâ

## PRÆFATIO.

sancta gloriam & decorem, quo sperat oculis Christianorum se posse placere, & usibus servire.

§ 3. Finis & scopus ejus est, ut Catholicis exhibeat brevem quidem, sed aptam valde praxin colendi SS. Dei amicos per anni, mensis ac cujusvis diei decursum, unaq; suggerat succinctam eorundem notitiã. A catholicos verò accurate instruat de ritu illo inter Protestãtes & Catholicos controverso, invocandi SS. ut quid in eo Catholici agant aut admittant, etsi Catholicorum sacris non interfuerint aut eorum libros sacros non inspexerint, limpide pervidere possint, An in SS.

\* 3

invo-

## PRÆFATIO.

invocatione committatur tam  
grandis Idololatria , blasphemia,  
Christi & Dei abnegatio , & crea-  
turæ supra Deum erectio &c. mala  
quæ Prædicantes solent Catholicis  
improperare , & , cum aliæ materiæ  
eos deficiunt, declamare.

§. 4. Usus hujus libelli varius est  
& multiplex , nempe quod esse  
possit vice Brevis lectionis valde  
occupatis , ad spiritum suum exci-  
tandum, idoneæ, 2. quod mensæ le-  
ctioni possit servire in minoribus  
cætibus hominum devotorum, ve-  
luti Missionibus ac Residentiis , u-  
bi lectio per mensæ totum tempus  
continuari non potest. 3. Arca pa-  
tro-

## PRÆFATIO.

ronorum in singulos menses assumendorum more in Societate Jesu & Sodalitiis piis recepto. 4. Penus quotidianæ de SS. Meditationis, dum vel sententia cuique diei præscripta vel Synopsis vitæ alicujus expenditur, & ejusmodi exercitatio oratione adjuncta tanquam Colloquio terminatur.

§. 5. Atque ut Lectori pio, etiam hujus rei ratio constet, cur ex tot SS. qui indies in Martyrologiis leguntur, hi, quos libellus exhibet, soli delecti sint, nec alii: dico brevissime eos SS. præ aliis esse assumptos plerumque, quorum nomina & vitæ jam erant in Fastis Marianis, aut

† 4

Franç

## PRÆFATIO.

Francisco Haræo tam Latinis quam Germanicis typis vulgatæ. Sperabat enim collector fore, ut qui horū alicujus patrocinium forte in suo sodalitia consequeretur, is facilius vitam menstrui sui Patroni reperiret & legeret si ea nomina potissimum assumeret, quæ jam essent typis vulgata, cæteri SS. quos propter prædictorum Fastorum aut Haræi seriem, præsens libellus exhibet, ex Baronii aut Canisii aut Ferrarii Martyrologiis seu Catalogis assumpti fuerunt, icones vero & sententiæ & orationes plerumque ex *Hortulo Christianitatis* Parisiis, editis assumptæ sunt.

S. Co.

## PRÆFATIO.

§. 6. Nec hoc silentio est prætereundum, quod idem Sanctus aut sancta quandoque bis aut ter in hac SS. communionem ad diversos dies memorentur id eo accidit, quod ob diversos titulos depositionis, obdormitionis, elevationis, simileve causas ad diversa tempora olim relati sint, vel necessitas aliqua ex die propria in alium eorum memoriam transferri adegerit, perspicuè id in B. V. & S. Petri festis elucet, quorum in unius anni circulo diversa est solennitas, ut Annuntiationis, Visitationis &c.

§. 7. Quam verò congruenter  
& sa-

## PRÆFATIO.

& rationi & Fidei Christianæ, Catholici agant, dum dilectissimos Dei amicos, nimis honoratos, honorare & amare pro suo modulo fatagunt, ex eo apparet, quod cum Homines ad hoc creati sint, ut aliquando unâ cum Angelis unam Remp. seu Ecclesiam constituent, in qua *Deus erit omnia in omnibus*, dum summo omnes inter se amore, sub Christo Rege, & B. V. Regina à dextris ejus astante, gubernabuntur, eam caritatem jam tum Catholici inchoant, in quâ æternū perseneraturos se sperant. Cum igitur omnes Legum conditores in hoc unice intenderint, ut vobis  
Reip.

## PRÆFATIO.

Reip. membra inter se arctissima  
communione, connecterent, uti  
Aristoteles 9. Ethic. profiteretur, sa-  
ne Christum D. N. Legis latorem  
augustissimum in hac parte de'e-  
cisse nullatenus suspicari debemus.  
Et Aristoteles quidem pulcherrima  
de amica unione hominum inter se  
dedit præcepta, dicto in libro com-  
prehensa: nempe, ut sibi mutua be-  
nevolentia faveant bona, Cap. 5.  
Deinde ut judiciis & voluntate  
congruere satagant Cap. 6. 3. ut fa-  
ctis ac signis, ope & auxiliis se mu-  
tuo erigant & evehant Cap. 7. 4.  
ut tanquam membra sibi compa-  
tiantur Cap. 8. 5. ut conversatione  
& quo-



## PRÆFATIO.

& quoad licet convictu, foveatur  
coalita amicitia Cap. 11. At Chri-  
stus Dominus longius multo in sua  
Ecclesia præcipiendo est progres-  
sus. Aristoteles suavit, neque enim  
plus potuit, hic autem præcepit di-  
vina autoritate Joan. 13.34. *Man-  
datum novum de vobis ut diligatis  
invicem sicut dilexi vos, ut & vos  
diligatis invicem. In hoc cognoscent  
omnes quia discipuli mei estis, si di-  
lectionem habueritis ad invicem.*  
Sed & vires præcepto adjecit, nam  
ut hanc dilectionem mutuam mē-  
brorum Corporis sui mystici effi-  
caciùs obtineret, tam serio, quam  
Joannes 15.12. & 17. Cap. depingit  
patrem

## PRÆFATIO.

patrem cælestem oravit, in quibus  
verbis non solum Sermonem, sed  
& vitam conclusit. Sunt igitur Ca-  
tholici vel ex hoc signo veri disci-  
puli Christi, quod caritatem ha-  
bent tam ad Sanctos in cœlis reg-  
nantes, quam corpore exutos, ad-  
huc in tormentis sese expurgantes,  
conversantur cum his salutando,  
loquuntur orando, honorem im-  
pendunt sumptus faciendo, & vi-  
cissim à sanctis opem recipiuntur,  
dolent cum probris afficiunt,  
gaudent cum extolluntur &c. Quid  
Acatholici? contemnunt, depri-  
munt, imagines convellunt, nomi-  
na abolent, honorantes blasphemant.

## PRÆFATIO.

mant. Et Unde hic spiritus, non sane ex Christi disciplina aut genio, sed Lutheri, cujus spiritus odiis, maledictis, & si posset occidione æstuavit. Legantur ejus scripta, luce meridiana clarius, quod dolemus, comperietur, & ne indigna Apostatæ opera legantur, legantur ex ejus operibus extracta loca sub Titulis suis digesta per Conradum Andream, maxime pacificus Lutherus. Pergite igitur, O Catholici, Christi sectatores, in caritate ambulate cum sanctis, nomina eorum in Baptismo natis vestris imponite, in Calendariis describite, imagines eorum erigite, voce extollite, gestibus

## PRÆFATIO

bus honorate, de peculio vestro aras, sacella, & templa Deo erigite, eaque SS. nominibus insignite, in angulis platearū, in transitu viarum eorum memorias sanctificate, ossa eorum custodite, auro & gemmis redimite, caritatem in Christi membra, in vestri comparem, impenditis, cum ista agitis, ille quod minimo Christi exhibetis, sibi reputat delatum, quanto magis quod maximis illis præstatis? Non terreat nos obloquentium fatuitas, nesciunt quid agant, nec quid dicant, de odiorum & schismatis Schola procedunt, à qua tamen Schola eos benignitas rei interceden-

den-

## PRÆFATIO.

dentibus SS. liberare dignetur, ut  
Vobiscum caritatem in sanctos te-  
neant & in ea beati vivant in sæcu-  
la sæculorum. Amen.

Denique cum initia in rebus hu-  
manis soleant esse imperfecta, col-  
lector orat ignosci tantisper  
erratis; donec ea sequen-  
ti typo emen-  
det.



1. S. Aaron 1. in Lege Mosaica Sa-  
cerdotum summus seu Pontifex crea-  
tus, mediator enim inter Deum & Isr.  
litas egit, fuitq; figura eius qui nunc  
est Pontificatus in S. Petro fundatus,  
quemadmodum igitur ista dignitas,  
Ver. II. per lapsum Aaronis, in con-  
flando vitulo, non exaruit, ita nec  
hodie per priuata vitia alicuius Pon-  
tificis sanctitas Vicariatus Christi  
non degradatur.

2. S. Theodoricus Abbas discipulis  
S. Remigij oleo benedicto filia Theo-  
doricæ Francoiū Regis a mortuis ex-  
citauit, obiit sanctissime. A. 520.

3. S. Eberhardus Comes natus ad  
monasteriū confugit, inde extractus  
mentem non exiit, sed & locum repe-  
tijt. Demum Salisburgensem Episco-  
patum sancto regimine ex exemplis  
Misericordiæ impleuit nihil negādo  
suis quod sub B. M. V. invocatione se-  
corassent.

S. Aaron Pont V T. S. Theodorici  
Ab S. Eberhardus Eps. Jul.



*Caritas proximi.*

Non fulgebit anima in splendore æ-  
ternæ pulchritudinis, nisi in officina  
carserit Charitatis. Greg.

S. Aaronis qui Evangelicum figura-  
uit Pontificatum (S. Theodorici : S. E-  
berhardi) quæsumus Domine suppli-  
catione placatus & veniam nobis tri-  
bue & remedia sempiterna concede,  
Per D N Iesum &c.

Ora pro pace, &c

Vilitatio B. M. V. accidit mox post  
Anuntiationem eiusdem & Incarna-  
tionem Filij Dei; nam & ipse adhuc  
sub medio latens iam tum operari vo-  
lebat salutem humani generis in me-  
dio terræ; & B. V. M. eidem saluatori,  
vt fidele datum adiutorium, ad salu-  
tem eiusdem generis aude cooperari  
desiderabat.

2. Ad ingressum igitur & vocem  
salutantis V. confestim Ioannes sex  
mensium creatura, nondum natus  
Spiritu S. repletur, ratione stabili-  
tur, fide, spe & caritate accenditur, vt  
luceat, non quidem ut prima lux, sed  
vti lucerna illuminata à lumine, vt  
paret Domino viam, & det scientiam  
salutis plebi Israel

3. Sed & B. Elisabeth Mater eius  
repleta est Spiritu S. & Prophetavit  
mysteria diuina, occultissimaque  
aperiens, quæ propalata Canti-  
cum Marianum elicuerunt.



Visitatio B. M. V. Sanctificatio  
S. Ioannis 2. Jul.



*Humilitas.*

Superior venit ad inferiorem, ut  
inferior adiuvetur: Maria ad Eliza-  
beth; Christus ad Ioannem. Amb.

Famulis tuis quæsumus Domine,  
cælestis gratiæ munus impertire, ut  
quibus B. V. partus extitit salutis exor-  
dium, visitationis eius votiva solemn-  
tas pacis tribuat incrementum, Per  
D. N. Iesum & c.

Ora pro Sodalitijs B. M. V. & c.

1. S. Monegundis Turones oratione  
in causa incolens eam gratiam à Deo  
obtinuit ut pusulas (S. Antonij curæ  
notum morbum) oratione fusa, adhi-  
bito cuiusvis oleris & sputi sui lina-  
mento curaret confestim.

2. S. Otto Bambergensis Episco-  
patū à laica manu Imp. oblatum, non  
prius recepit quam à Pont. Rom. sibi  
conferretur. Inde illi magnus salutis  
& suæ & alienæ profectus, Domi-  
quippe magnus Monasteriorū & pau-  
perum promotor, fortis vero apud Po-  
meranos etiam Apostolus factus est.  
Seminariorum in Germania post S.  
Bonifacium restaurator, quibus alie-  
no ore prædicabat, & manu bap-  
tizabat. Obijt A. 1130.

3. S. Suithunus Vintoniensis Eps. in  
Anglia, zelo lucrandi Deo animas se-  
armauit sincere Catholica doctrina,  
māsueta affabilitate, operibus miseri-  
cordiæ & paternæ virgæ correctionis.

S. Monegundis. S. Otto Bamberg. Epi.  
S. Suithunus Eps. 2. Jun.



*Pietas.*

Melius est spiritualia omittere, quam  
ea impurè tractare. Augustin

Deus qui nos B. Monegundis (S. Ot-  
tonis Epi. S. Suithuni Epi.) annua so-  
lemnitate lætificus. concede propiti-  
us, vt cuius notalitia colimus de eius-  
dem etiam profectioe gaudeamus  
Per D N. Iesum &c.


Ora pro Ecclesia &

1. S. Irenæus Diaconus & Felix Pbr.  
Romæ, curâ S. Mustiola V. periclitanti-  
tis sub Aureliani Imperio, cum ea Fa-  
deriam fugerūt; vbi Felix à Turgio Iu-  
dice occisus est verberibus, Irenæus  
Clusium cum Mustiola pertractus de  
equuleo, vngulis & flammis trium-  
phauit.

2. S. Gregorius Thaumaturgus Eps.  
Neo Cæsareæ tam paucos reliquit in-  
fideles in vrbe sua moriens, quam pau-  
cos inuenerat fideles, nempe 17 mi-  
raculorum gloria eum ita decorauit  
vt nomen inde sortitus sit, quo ab ho-  
monymis discerneretur. In his portē-  
tis fuit & mons oratione transporta-  
tus, & dæmones crucis signo de suo  
mett emplo eiecti.

3. S. Mustiola V. Romana à patre suo  
Iucundino afflictâ primū quod dice-  
ret se Christū ieiunijs suis honorare  
sed illo conuerso, ab Aureliano Imp.  
impetita, Martyrio coronatur.

S. Irenaeus M. S Greg. Thaumaturgus  
S. Musiola M. 3 Jul.



*Fervor Spiritus.*

Tanto quis fit feruentior in ope-  
ratione, quanto incertior de vocatio-  
ne Greg

Protege Dne. populum tuum & S  
Irenaei M. Tui (S Gregorij Thaumaturgi: S Musiola M) Patrocino con-  
fidentem, perpetua defensione con-  
serua Per D N J Chr.

Ora pro Concordia Principum, &

1. S. Elisabeth. Portugaliæ Regina  
bellorum & discordiarum potens se-  
datrix, Virginum exemplum in sæ-  
culo, in Matrimonio nuptiarum, in  
viduitate vero etiam viduarum An-  
no 1336. Obijt, ab Urbano VIII. SS. nu-  
mero adscripta.

2. S. Berta Abbatiſſa & fundatrix  
Monasterij Blanciadini fuit, post obi-  
tum Mariti sui Sigifridi, Principis Gal-  
licani. Ibidem cum duabus filiabus  
Gertrude & Deotilla Deo iugiter ser-  
uiens migravit ad Dominum A. 685.

3. S. Vdalicus nobilissima Aleman-  
norum stirpe ortus, in S. Galli mona-  
sterio educatus ad Christi Domini  
seruitium. SS. eius Apostolorum li-  
mina sæpius adiit, sibi durus, alijs li-  
beralis, pacis inter dissidentes Prin-  
cipes conciliator, multa miraculorū  
gloria celebris. migravit A. 973.

S. Elisabeth. S. Berta Ab. S. Vdal-  
ricus Eps 4. Jul.



*Contritio.*

Regnum caelorum rapi vult nostris  
Actibus, quod nostris meritis non de-  
betur. Gregorius.

Clementissime Deus, qui B. Elisa-  
beth Reginam (S. Bertam Abb. S. Vdal-  
ricum Epm.) SS. tuorum gloria subli-  
masti, da nobis ex eius intercessione  
ad aeterna gaudia pervenire. Per D. N.  
Iesum &c.

Ora pro Regnis Catholicis, &c

1. S. Cyrilla M. Cyrene in Lybia  
sub persecutione Diocletiani arden-  
tes carbones cum thure super manum  
positos diu tenuit, ne prunas excuti-  
endo thus Idolis obtulisse videretur:  
deinde sævissime laniata; proprio sæ-  
guine decorata migravit ad sponsum.

2 S. Athanasius Diaconus Hieroso-  
lymis pro S. Chalcedonensi synodo  
ab hæreticis comprehensus, & omni-  
um cruciatuum genera expertus, fer-  
ro tandem est necatus.

3. S. Zoa B. Nicosirati M. Vxor, &  
ipsa martyr, cum ad confessionem B.  
Petri oraret, sub Diocletiano Imp. à  
persecutoribus arctata, & in custodi-  
am obscurissimam detrusa collo &  
capillis ex arbore suspensa adhibito  
subter horribili fumo, in confessione  
Domini spiritum emisit.



S. Cyrilla V. M. S. Athanasius Diacon.  
S. Zoe M. s. Jul.



*Timor Dei.*

Ad omne opus bonum amor ducit,  
& timor Dei : ad omne peccatum a-  
mor ducit & timor Mundi. Aug.

Præsta quæsumus Dne. vt sicut nos  
B. Cyrillæ V. & M. tuæ (S. Athanasi: S.  
Zoes M.) natalitia non deserunt, ita  
iugiter suffragijs Comitentur Per D.N.  
Iesum &c.

Ora pro conuersione Gentilium &

1. S. Godeleua M. in Boloniensi Fran-  
ciae territorio nata, Nobili viro, sed  
impio, desponsa, susurrijs sponso in-  
uisa facta tertio nuptiarum die reli-  
cta, multis est modis afflicta; sed illa,  
fide & caritate nixa, immota perstitit  
donec reconciliatione tentata &  
cæpta, deniq; à famulis suis strangu-  
lata exemplum felix est facta infelici-  
ter nuptiarum.

2. S. Romulus Eps. Fesulanus & M. à  
S. Petro ad prædicandum missus, Fe-  
sulas rediens, à Domitiano Principe  
ob Christianæ fidei annuntiationem  
Martyrio coronatus est.

3. S. Goar presbyter exemplar & piè  
conuersantium & obloquia patientiũ  
ad Rhenũ ex Aquitania venit, & popu-  
los iuxta Viceliã docuit. Accusatus  
falso apud Treuir. Epm. Miraculis se  
expurgauit, tam pallij super radiũ so-  
larem pendentis, quam pueri triduanũ  
patrẽ suũ quis esset digito monstrãtis.

S. Godeleua M. S. Romulus Ep. M.  
S. Goar. Presb. 6 Jul.



*Fides.*

Deum in se habet , qui cum summa  
credit & confitetur authorem Chryf.  
Annue quæsumus Omnipotens De-  
us, vt S. Godeleuæ M. (S. Romuli Epi.  
& M. S. Goaris presb. ) nos latificet  
festiua solemnitas, vt cuius suffragijs  
nitimur, eius natalitijs gloriemur.  
Per D. N. Iesum Chr. & c.

Ora pro infirmis, &c

1. S. Willibaldus Eps. primus Eista-  
tensis, regia stirpe ortus ex Anglia Ie-  
rosolymam vsque & Romam, inde in  
Germaniam Apostolico spiritu du-  
ctus peruenit. xxxvi. annos loco cui  
præpositus erat utilissime præfuit, &  
cælum adijt.

2. S. Edilburga Anglorum Regis  
filia vna cum cognata sua S. Earton-  
gota sanctissimam circa A Dni. 385.  
ducens vitam mortem beatam obiit.

3. S. Illidius Aruernorum Eps. re-  
giones circūpositas fama sanctitatis  
impleuit, adeò vt Treuiros ad Imp.  
Maximum accersitus, filiam eius dæ-  
monio liberarit. Ea gratia viro, pro  
populo suo modum tributorum gra-  
uiorum petendi, ansam, dedit, cum  
munera sibi oblata iam reiecisset. obi-  
it. A. 375.

S. VVillibaldus Eps. S. Edilburgæ  
cum Socia. S. Illidius Eps. 7 Jul.



*Fortitudo animi.*

Sicut in via sæculi, timor debilitatem ita in via Dei timor fortitudinem gignit Greg.

Deus qui nos B VVillibaldi Epi. S. Edilburgæ cum Socia : S. Illidii Epi.) annua solennitate lætificas, concede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus Ber D N Jesum &c.

Ora pro Tentaris, &

S. Procopius M. S. Landrada &c. S. Kili-  
anus cum Socijs. 8. Jul.



*Spes.*

Quam securus dormit, qui Deum  
suorum meruit habere custodem?  
Ambros.

Deus qui nos conspicias ex nostra in-  
firmitate deficere: ad amorem tuum  
nos misericorditer per S. Procopij M.  
(S Landrada & V. S. Kiliiani & Sociorum  
MM. exempla restaura. Per D. N. I.  
Chr. &c.

Ora pro Prælatiſ, &c

1. S. Procopius M. Alexandriam ad  
Christianos persequendos missus,  
Christum confessus est, ut Paulus al-  
ter, verum, ut illum mater synogo-  
ga persecuta fuit, ita & hunc mater  
à Natura data, quæ filium pium im-  
pietatis reum egit; sed ille victus, &  
omnibus exercitus tormentis victor  
duce Christo ex arena excessit, gla-  
dio consummatus.

2. S. Landrada V. despectis cunctis  
qui illam ambibant Terræ filijs, Chri-  
sto vni ad hæsit. Cui denupta paupe-  
rum curæ se dedit, denique & solitu-  
dini, in qua eam Angeli tumulare de-  
functam voluerunt.

3. S. Kilianus cum Pbro. Colomano  
& Diacono Tornano ad Orientales  
Francones profecti euangeliumque  
prædicantes, felici fine apostolorum  
consummarunt nimirum Martyrij  
corona, quæ gloriæ apud mortales est  
accessione cumulata A. 689.

S. Zeno M S Cyrillus Eps M. S. Ana-  
tolia M. 9. Jul.



*Perseuerantia.*

Si desperaueris lassus in die angu-  
stia, imminuetur fortitudo tua Sa-  
lomon.

B. Zenonis M Tui (S. Cyrilli Epi. M.  
S. Anatolia M nos Domine foucant  
continuata praesidia, quia non desinis  
propitius intueri, quos talibus auxilijs  
concedis adiuuari Per D. N. I. Chr. &c.

Ora pro Perseuerantia Iustorum &c



1. S. Zeno M. Romæ ad Guttam iugiter manantem vna cum X. millibus & CC. Christi nomen profitentibus occisus, ad æternæ beatitudinis gaudium iugiter persistens peruenit.

2. S. Cyrillus Eps etiam M. creatus est Imp. Decio, sub quo flammis iniectus, cum incensis vinculis euasisset illæsus, ac stupore tanti miraculi liber esset dimissus à iudice, rursus pro instanti & alacri fidei prædicatione facta de Christo, ab eodem Iudice capite plexus est.

3. S. Anatolia V. à proco desperante eius nuptias, Christianæ religionis & Castimoniæ rea facta in exilium missa, in eo gratia sanitarum mire inclaruit. Id rursum impuri Spiritus perosi, Virginem ad carceres, serpentes, & denique gladium reuocando, gloriosiore effecerunt, quam bene uolendo.

S. Rufina & Secunda VV. M. S. A  
Amelberga S. Canutus Rex M. 10. Jul



*Patientia.*

Origo & magnitudo patientiæ, Deo  
authore procedit, Cyprianus.

Præsta quæsumus Dne. vt qui glo-  
riosos Martyres fortes in' sua confes-  
sione cognovimus, pios apud te SS.  
Rufinam & Secundam (S. Amelber-  
gam: S. Canutum) in nostra interces-  
sione sentiamus Per D. N. I. & c.

Ora pro afflictis, &

1. SS. Rufina & Secunda Sorores VV.  
& MM Romæ sub persecutione Va-  
leriani & Gallieni tormentis subactæ  
sunt, deinde carceribus, & præcipitio  
in Tiberim, licet saxum ad fauces  
earum ligatum grauaret, ereptæ, gla-  
dio consummatæ fuerunt.

2. S. Amelberga B. Gudulæ V. Ma-  
ter V. Vitgero illustri viro nupta, ipso  
consentiente & consilium beatæ se-  
quente, post Sanctarum prolium edu-  
cationem, sese vitæ sanctæ addixit, re-  
ligionem professa, cuius ductu transi-  
it ad æternam felicitatem A. 650.

3. S. Canutus Rex Danorum man-  
suetissimi genij vir, regno potitus, iu-  
stitiam, tum in sacris, tum ciuilibus  
ante omnia procurauit. Ad ipsum ei  
seminarium fuit odiorum & æmula-  
tionis, qua etiam demum exercitatus  
post labores plurimos, sanguinem  
fudit. A. 1086. in templo circum-  
uentus.

S. Pius PP. M. S. Golinducha M. S. Hildulphus Eps. 11. Jul.



*Fuga adulationis.*

Habet vera amicitia nonnunquam  
obiurgationem, adulationem nun-  
quam. Bern.

Infirmi-  
tatem nostram respice om-  
nipotens Deus, ut quia pondus propiæ  
Actionis grauat B. Pij M. (S. Golin-  
duchæ M. S. Hildulphi Epi.) interces-  
sio gloriosa nos protegat P. D. N. I. C.  
Ora pro conuersione peccatorum,

&

1. S. Pius PP. Antonino Imperante,  
post Hyginum, rexit Ecclesiam. Is A-  
postolicum morem Paschatis die  
Dominico celebrandi decreto firma-  
vit.

2. S. Golinducha Nobilis apud Per-  
sas Matróna, inter epulas cæli de-  
licias cogitare inò ipsum respicere e-  
docta fuit. Id aliq; pietatis exercitia  
profanus maritus male excepit, Sapo-  
ri Regi detulit, à quo octo annos car-  
cere clausa, etiam Menses quatuor  
antro à dracone infesto: sed cum hæc  
pluraq; tentamenta inferorum vicis-  
set, vulnere in iugulo accepto, anima  
beata ad Beatos euolauit.

3. S. Hildulphus Treuironum Aeps.  
inuitus creatus necessitatem honoris  
effecit materiam virtutis. Nam tam  
studiose, quam iuste munus Epi. im-  
plens, constituta recte Ecclesia, abdi-  
cato munere in Eremum, rite vitam  
finiturus, concessit, A 770.

S. Ioes Gualbertus S. Marciana  
SS. Nabor & Felix. M. 12. Jul.



*Mansuetudo.*

Sedes divitum superborum destruxit  
Deus, & sederere fecit mites pro eis  
Salomon.

Intercessio nos quæsumus Dne. B.  
Ioannis Gualberti S. Marcianæ V SS.  
Naboris & Felicis MM ) commendet  
vt quod nostris meritis non valemus  
eius petrocinio assequamur, Per D. N.  
Jesum Christ

Ora pro pijs, &

1. B. Ioannes Gualbertus 1 Abbas  
vallis vmbrosæ, adhuc sæcularis ad  
Sanctitatis gradum, Iniurias condo-  
nando, peruenit. Crucifixi Dni. ima-  
go donationem eam approbavit, cum  
Orantem post inimici missionem lau-  
dauit, Inde exorsus ad summa perue-  
nit, etiam ordine in Ecclesia excita-  
to. Obijt A. 1073.

2. B. Marciana V. Toleri in Hispa-  
nia, pro Christi fide bæstijs obiecta,  
demum à tauro discerpta Martyrij  
palmam Martio animo reportauit.

3. SS. Nabor & Felix milites Chri-  
stiani, Martyrū filij, Mediolani quod  
Dijs cultum non impenderent accu-  
sati, post carcerem torti Anolino Iu-  
dice equuleum, laminas candētes, vn-  
gulas, & flammās superantes, demum  
capite plexi sunt, sub persecutione  
Maximiani Herculij.

S. Anacletus PP. M. S. Muritta, Eugenius  
Eps. S. Mauræ & Soc. 13 Jul.



*Bona Conscientia.*

Bonam reddunt conscientiam pe-  
nitere de malis & abstinere à malis.  
Bern.

Deus qui SS. Tuos præ omnibus bo-  
na conscientia studio decorasti in ter-  
ris, da vt. B. Anacleti M. (S. Muritæ: S.  
Eugenij: SS. Mauræ & Brigida) exem-  
pla iedantes puritatem conscientia-  
rum sectemur, per D. N. I. & C.

Ora pro inimicis &



1. S. Anacletus PP. Rom. Traiano Imperante rexit Ecclesiam, Decrero sanxit morem publice Ordines Sacros conferendi clericis, & quidem à proprio Epo utq; iidem consecrati peracta missa communicarent, qui mos etiamnum perseuerat. Pulchre acta deum Martyrio coronauit.

2. S. Muritta Subdiaconus cū Epo suo Eugenio & Salutari Archidiacono ac cætero clero sub Hunerico Wandalorum Rege in exilium cum 500. clericis eiekti, gaudentes pro Catholico nomine sunt passi.

3. S. Iustina Tergestina V. & M. Sanctæ Dorotheæ æmul, a similē sortita coronam, simile ex sponsi paradiso munus submisit. Nam cum damnatam ad mortem Zeno per iocum mala de paradiso postulasset: illa submisit, & Zeno in Christum credit; imo Martijr euasisset.

Henricus Imp. S. Marcellinus Presb.  
S. Bonaventura &c. 14. Jul.



*Pietas in SS. Sacramentum.*

Sic viue vt quotidie merearis Sacra-  
mentum accipere. August.

Deus qui populo tuo æternæ salutis  
Ministram (S. Henricum S. Marcelli-  
num) S. Bonaventuram tribuisti: præ-  
sta quaesumus vt quem Doctorem in  
terris habuimus, intercessorem habe-  
re mereamur in cælis, Per D. N. I. &c.  
Ora pro Cardinalibus, &c

1. S. Henricus Imp. non minus sibi  
ipsi, quam Orbi imperavit, nam in flo-  
rentissima fortuna positus, S. Cunegū-  
de coniuge ne quidem licite usus est,  
sed vna cum ipsa cupidinem attonito  
mundo triumphavit. Satis id vnum  
foret ad laudem viri, nisi virtutes in-  
ter se connexæ, sese omnes in idem  
hospitium ingerere solerent, maxime  
præeunte castitate.

2. S. Marcellinus Presbyter vnus ex  
illis viris Apostolicis fuit quos An-  
glia olim Germaniæ submisit. Itaque  
vt cæteri alias prouincias, ita hic  
Transis vltimam nactus, pulcherrimè  
eam excoluit.

3. S. Bonaventura Hetruscus Ori-  
gine, professione religiosus ex sacro  
Minorum Ordine, ad Cardinalatum  
& Albanensem Episcopatum doctri-  
na & sanctitate peruenit, quem Sixtus  
V. inter DD. Ecclesiæ nominauit.

S. Antiochus M. S. Rosalia V. S. Iacobus Nisibis Eps. 15. Iul.



*Amor Christi.*

Nemo Christum tibi potest auferre,  
nisi te illi auferas. Ambrosius

Præsta quæsumus Omnipotens De-  
us, vt qui B. Antiochi M. Tui (B. Rosa-  
lia V. B. Iacobi Epi. natalitia colimus,  
intercessione eius, in tui nominis a-  
more roboremur. Per D. N. I. & c.

Ora pro pastoribus animarum, &

1. S. Antiochus Medicus Sebaste  
dum pro Christi nomine sub Hadria-  
nopraefide capite truncatur, & ex eo  
lac pro sanguine emanat, Moriens  
infidelitatem Cyriaci carnificis sui  
sanauit, adeo ut & ipse pro Christo  
mori sit ausus.

2. S. Rosalia V. Panormitana Sini-  
baldi Quisquinae & Resarum Domi-  
ni filia, comitibus Angelis in deserta  
montis antra secessit, ubi vita sanctis-  
sime terminata, ab Angelis in Lapi-  
deo sarcophago deposita, cum eodem  
intra Cristallum concreuit, ex humo-  
re petrarum desidente, eruta est in-  
de sub Urbano VIII. cum miraculo  
pestis per Siciliam sedatae.

3. S. Iacobus Nisibis Fps urbem sua-  
am ab ingentibus barbarorum Copi-  
ijs non tam galea & lancea, quam mus-  
carum examinibus immixtis tutari  
valebat.

1. S. Vitalianus Eps. factus est contra vota invidentium, qui muliebrem eivestem pro virili noctu supposituerunt, & ad matutinas properantem non agnito errore risui exposuerant, imo calumniæ, qua etiam seducti ciues eum abjecerunt; sed cum sterilitas secuta innocentem vlcisceretur, revocatus sanctus sterilitatem abegit, ipse sæculum nequam contempsit.

2. SS. Monulphus & Gundolphus vterque Traiectensium seu Tungrorum Eps. Horum prior vir iustus & liberalis in pupillos & peregrinos, etiam diues in SS. Diuo Seruatio templum condidit. Obijt A. 607.

3. Raineldis V. & M. filia S. Amelbergæ, Soror S. Gudulæ, Deo se consecrauit, & sua, Ierosolymam profecta, SS. reliquias retulit in patriam, & demum à barbaris irrupentibus interempta est sub A. 680.

S. Vitalianus Eps. S. Monulphus  
Gundolphus S. Raineldis V. M. 16. Ju



*Mortificatio.*

Non potest melius domari caro vi-  
ua, quam cogitare qualis erit mortua  
Gregorius.

S. Vitaliani C. tui atque Pontificis  
(S. Monulphi & Gundolphi: S. Rainel-  
dis V. & M. tuæ) supplicatione placatus  
& veniam nobis tribue & remedia  
Cempiterna concede, Per D. N. I. C.  
Ora pro benefactoribus, &

1. SS. Iusta & Rufina Hispaniam puritate vitæ, castitatis gloria, ac demum etiam martyrij palma, cohonestarunt. Nam rogatæ ut Veneris idolo vas quoddam offerrent, recusando in disceptationem religionis tractæ, Zelo pio idolum confregerunt, & idololatræ vicissim earum corpora lacerauerunt.

2. S. Fredegandus confessor, ex Hibernia in Galliã veniens cū B. Foillano etiam post mortem præsidio fuit incolis Turnij in Brabantia, vbi corpus eius quiescebat.

3. S. Alexius Romanus Dei spiritu inter mundi huius delicias, opes ac gloriam afflatus, inter nuptiarum gaudia omnia contempsit, & pro Christi amore peregrinus factus, denique ante paternas ædes peregrinus sub gradibus vixit & cum miraculorum gloria obiens est reuelatus.



S. Iusta & Rufina VV S Fredegan-  
dus pr. S. Alexius. C. 17. Jul.



*Mundi Contemptus.*

Contemne diuitias & eris locuples;  
contemne gloriam, & eris gloriosus.  
Chrysoft.

Deus, qui nos B. Alexij Conf tui (S.  
Fredegandi: & SS. Iustæ ac Rufinæ VV.  
ac MM. tuarum) annua solemnitate  
latificas, concede propitius, vt eius  
natalitia colimus, etiam actiones imi-  
temur. Per D. N. I. C. & c.

Ora provocatis ad religionem, &

1. S. Symphorosa Vxor S. Getulij Martiri  
cum VII. filijs suis Crescente, Iuliano  
&c. sub Hadriano principe, ob in-  
superabilem constantiam, primo  
palmis diu cæsa, deinde suspensa, no-  
vissime Saxo alligata in flumen præ-  
cipitatur Tibure.

2. S. Arnulphus è Lotharingorum  
sanguine Metensis Eps. Austrasiorum  
Regum in consilijs dandis columnen-  
fidele, inuidiam tamen effugere ne-  
quijt, cum ergo obtrectatores igne  
cælesti plecterentur, mitis pater ni-  
hilominus crucis signo incendijs eos  
liberavit.

3. S. Fridericus Eps. Ultraiecti è no-  
bilitate Frisiæ, in pueritia futuri of-  
ficij & sanctimonix specimina dedit,  
dum in templis modestiam debitam  
negligentes increpuit: porro Eps. fa-  
ctus pro libertate Ecclesiæ decertans  
vitamque morti exponere non dubi-  
tans, meliorem amissa acquisiuit.

S. Symphorosa M. & Arnulphus Ep  
S. Fridericus M 18. Jul.



*Meditatio gloria caelestis.*  
Ex breui voluptate, pæna perpetua  
ex modica passione, gloria infinita  
Bonaventura  
Deus qui nos concedis SS tuorum  
Symphorosæ & FF. eius, S. Arnulphi  
& Friderici natalitia colere, da nobis  
in æterna beatitudine de eorum So-  
cietate gaudere, Per D N I. C. & c.  
Ora pro amicis tuis &

1. S. Arsenius Imp. Arcadij & Honorij præceptor operæ piæ didactron Odium reportavit, itaq; cælestem vocem; Fuge, tace, quiesce, securtus in eremo quod didicit, exēplo alios docuit & verbo: multo à Deo & SS. Angelis custodibus lumine institutus.

2. S. Aurea Virgo Cordubæ in Hispania aliquando tormentorum terrore lapsa visa est degenerasse in plumbum, sed Dei virtute mutata in aurum optimum iterato certamine hostem effuso sanguine superavit.

3. S. Bernulphus Eps Ultraiectinus ex parochia Osterbecensi ad tam grandem parochiam admotus est, quod forte Imperatrix in parochia eius feliciter prolem fuisset enixa. Ille vero maximis ornamentis Diæcesi additis per XX. annos à Deo se ad id munus vocatum probavit. Obijt A. 1054.

S Arsenius Erm S. Aurea V M. S. Bernulphus Eps. 9 Jul.



*Mortis Cogitatio.*

Facile contemnit omnia, qui se  
semper cogitare esse moriturum. Haec

Adesto Domine supplicationibus  
nostris, quas in B. Arsenij Conf. tui (S. Aurea V. & M. Bernulphi Epi) annu-  
solēnitare deferimus, ut qui nostris  
iustitiae fiduciam non habemus eius  
qui tibi placuit precibus adiuuemur.  
Per D. N. I. Chr. &c.

Ora pro defunctis, &

1. S. Margareta V. patre infcio-  
sacra Christiana didicerat, ea  
propter ab ipso patre ad Olyrium de-  
lata est à quo novum periculum in-  
currit amata ab hoc, vt odio habita  
erat ab illo. Sed vtraque vicit, etiam  
cacodæmonem ipsum gratia Christi  
armata & clypeo crucis. ad XV. mil-  
lia hominum è gentilismo feruntur  
conuersa ad fidem visis, quæ in eius  
martyrio acciderunt, portentis.

2. S. Wilgefortis Virgo in Lusitania  
pro pudicitia simul & Christiana fide  
decertans in cruce meruit de vtriusq;  
Hostibus gloriosum triumphum.

3. S. Vulmarus è Boloniensi Fran-  
ciæ territorio ortus matrimonio per  
sententiam Regis absolutus, in Mo-  
nasterium Altimontense se contulit,  
ibi ad infima Ministeria demissus ad  
summa peruenit, etiam Regibus ob  
sanctimoniam carus decessit, A. 690.

S. Margareta V. M. S. V. Vilgefortis M.  
S. Volmarus Ab 20 Jul.



*Humilitas.*

Magna contra diabolum arma sunt,  
in suis virtutibus fiduciam nō habere.  
Cassiodorus.

Indulgentiam nobis quaesumus Do-  
mine B. Margareta V. & M. (S. V. Vilge-  
fortis V. & M. cum S. Volmaro Ab.)  
imploret: qua tibi semper grata exi-  
it & merito castitatis & tuae profes-  
sione virtutis per D. N. I. C. & c.

Ora pro Magistratibus, &

1. S. Praxedes V. Romana Pudentis  
senatoris filia post patris mortem M.  
Antonino persequente Christianos,  
eos facultatibus, opera & omni pie-  
tatis officio prosequabatur, sibi etiã  
subtractis necessarijs, demum sorore  
sua S. Pudentiana defuncta, etiam do-  
mum suam, in ecclesiam commutavit.

2. S. Victor Miles Massiliæ, cum si-  
ne crimine militare amplius nõ lice-  
ret, militiam abiecit. Idcirco primo  
in carcerem detrusus, sed ab Angelo  
visitante animatus, varijs cruciatibus  
punitus omnibus par fuit. Novissime  
contritus in mola pistoria Martyri-  
um consummavit.

3. S. Daniel Propheta quam clarus  
diuinis eloquijs, tam etiã exercitus  
aduersis, diuina ope etiam è lacu Leo-  
num emerfit, præclarus typus factus  
saluatoris, qui de inferorum locis ve-  
luti è lacu Leonum victor emerfit,



S. Praxedes V S. Victor M S. Daniel  
Propheta 21. Jul.



*Cognitio sui.*

Consideratio tui in hac tria diuidi-  
tur, si consideres quid in natura, quis  
in persona, qualis in vita. Bern.

Exaudi nos Deus salutaris noster: ut  
sicut de B. Praxedis V tuæ S Victoris  
M. S Danielis Prophetae tui festiuita-  
te gaudemus, ita pia deuotionis eru-  
diamur affectu. Per D.N.I Chr &c.

*Ora pro Virginibus, &*

1. S. Magdalena, à Magdalo juxta Capharnaum arce nomen sortita septem dæmonijs liberata ardentè Saluatori per omnem vitam adhæsit, adeo vt prima esse meruerit, quæ vna cum gloriosa Dei matre resurgentem ex mortuis adoraret.

2. S. Theophilus Prætor in Cypro sub Constantini & Irenes Imperio circa A. 784. ab Arabibus, cum nec donis nec minis flecti posset, vt Christum negaret, gladio cæsus est.

3. S. Wandregisilus Lotharingus consentiente Sponsa sua Virginitatis propositum in monasterio conseruauit in quo felicius pater effectus spiritualium filiorum, quam in sæculo Naturalium: siquidem quadragesimo A. à morte adhuc integer incorruptusque repertus est in sepulchro & Fontanellas translatus.

S. M. Magdalena : S. Theophiles M.  
S. Vandregifilus Ab. 22. Jul.



*Pœnitentia.*

Maria optimam partem elegit, quæ  
non auferetur ab ea. Christus.

B. M. Magdalænæ, (S. Theophili M.  
Vandregifili Ab.) quæsumus Domi-  
ne suffragijs adiuuemur : cuius preci-  
bus exoratus, sæpe indulgentiam  
Orantibus concessisti, Per D. N. I. C. &c.  
Ora pro pœnitentibus, &

1. S. Liborius Cenomanensis in Gal-  
lia Eps. circa S. Martini & Ambrosij  
tempora xvii. Ecclesias nouas in suo  
Episcopatu erexit, mirificeq; Dei cul-  
tum propagauit. Eius corpus multa  
post sæcula eleuatum Paderbornam  
translatum miraculorū gloria, maxi-  
me calculorum curâ, inclaruit.

2. S. Birgitta Sueciæ Nobilis uidua,  
peregrinationibus ad loca orbis san-  
ctissima celebris, etiam instituto Or-  
dine religioso in Ecclesia Catholica  
inclaruit. Regulas Ordinis huius ab  
ipsomet Saluatorè accepisse narratur.

3. S. Apollinaris S. Petri discipulus  
& Ravennæ Eps. Ordinatus consum-  
mato prædicationis & miraculorum  
cursu martyrio coronatus est. Cor-  
pus eis, Mediolano Coloniã cum tri-  
bus Regibus deuectum Regiomagi  
immobile hæsit, vbi etiamnum mi-  
racula patrat.

S. Liborius Eps. S. Birgitta Vid. S. Apollinaris Eps. 23 Iul.



*Diligentia.*

Non dormientibus prouenit regnum caelorum, nec desidia torpentibus beatitudo promittitur. Leo.

Deus fidelium remunerator animarum, qui B. Liborij, B. Birgittæ; S. Apollinaris) nomē consecrasti in terris tribue nobis, quæ sumus Domine, famulis tuis, vt precibus eius indulgentiam consequamur. Per D. N. I. Chr. &c.

Ora pro Concionatoribus, &

S. Christina V. M. S. Verſcinus Eps  
S. Christina mirabilis. 24. Jul.



*Imitatio Christi.*

Christiani nomen ille frustra sortitur, qui Christum minimè imitatur. August.

Suscipe Domine preces nostras quas in B. Christina V. & M tuæ (S. Verſcini Epi S. Christina Mirabilis) solemnitate deferimus, cuius nos confidimus patrociniò liberari, per D. N. Iesum C. &c.

Ora pro conjugatis, &

*Julii 24 Julii*

1. S. Christina V. Tyri in Tuscia apud  
vulfinium cū parentis sui idola cōfres-  
gisset, materiamq; inopibus erogaf-  
set, eius iussu verberibus dilaniata  
alijsq; supplicijs dirissime cruciata,  
demū à tertio iudice post parentem  
superatis sæpissimè tormentis sagit-  
tarum infixione martyrium consum-  
mauit.

2. S. Ursicinus Senonensium X Eps.  
circa A. 310. claruit doctrinæ & Vitæ  
perfectiōe.

3. S. Christina Mirabilis Hasbania  
inquilina, cum defuncta in ætate in-  
noxia peruidisset tormenta purgan-  
tium animarum, vt pro eis in mortali  
vita pateretur, reditum in vitam im-  
petrauit, dici non potest quanta &  
qualia perpeffa sit, vt munus suscep-  
tum expleret, quo sancte expleto re-  
dijt ad æternitatem.

S. Iacobus Apost. S. Clodescendis, &  
S. Christophorus M. 25 Jul.



*Mortificatio Linguae.*

Vbi silere præstat, quam loqui, &  
sentio acquiesce. Nazanz.

Esto Domine plebi tuæ Sanctifica-  
tor & custos, vt Apli tui Iacobi ( S.  
Clodesendis V. S. Christophori M. tui )  
munita præsijs, & conuersatione ti-  
bi placeat & secura mente deserviat  
per D.N. Iesum C. &c.

Ora pro extirpanda detractiōe &



1 S. Iacobus Apostolus frater S. Iohannis Evang. Domino inter primos carus, Filius tonitruum, post ascensionem Christi in Hispanias Evangelium intulit. Ierolimam reuisens ab Herode Agrippa captus est, ac gladio occisi corpus discipuli in Hispaniam revexerunt.

2. S. Clodis V. circa A. 615. nobilissima, desponsa viro magnæ auctoritatis, ab eodem intacta, mira Dei providentia, permansit, cum alteræ ei nuptiæ apparerentur sacro assumpto habitu, publicè professa est, primum priuatim in sæculo, deinde in Societate aliarum ædificato claustro quam in corde gestauerat, religionē.

3. S. Christophorus M in Lycia sub Decio virgis ferreis attritus & flammæ æstuantis incendio, Christi quē in corpore suo portabat, virtute seruatus, demū sagittis confixus obtruncatusq; martyrium consummauit.

S. Anna. S. Iorius Eps. S. Hyacin-  
thus M. 26. Iul.



*Concordia.*

Melius est ut pereat vnus, quam vni-  
ras Bern

Deus qui B. Annæ (S. Iorio: S. Hya-  
cintho ) gratiam qua tibi placeret,  
conferre dignatus es: concede propi-  
tius vt cuius solemnia celebramus ei-  
us patrocinijs adiuuemur, Per D. N. I.  
Chr. &c.

Ora pro Ecclesia Catholica &

1. S. Anna Ioachimo alias Heli, & Heli-Iachim dicto, de tribu Iuda & domo David, nupta sanctissimè cum eo vixit, sterilitatis malum voto vicit, & beatissima omnium mortalium prole omnem fecunditatem superavit.

2. S. Iorius Eps. ex maiore Armenia peregrinus in Inferiorem Armeniam veniens deuotionis gratia apud Bethuniam Obijt. Hospes metuens vim malæ de se suspicionis eum clam sepeliuit. Sed Deus ostentis eum è latbris eruit A. 1033.

3. S. Hyacinthus M. primo in ignem iniectus, deinde in profluentem illæsus evasit, post hæc Traiano Imperante gladio percussus martyrium cõsummauit, è Portu Romano subuectus in portum æternæ felicitatis.

S. Pantaleon M. S. Anthusa V. SS. VI  
Dormientes. 27 Jul.



*Compassio.*

Deuotus miles nō sentit sua, cum be-  
nigni Ducis intuetur vulneta Bern.

Praesa quaesumus omnipotēs Deus,  
vt intercedente B. Pantaleone M iuo  
(B. Anthusa V. & VI Dormientibus  
Cōfessoribus) à cunctis aduersitatibus  
liberemur in corpore & à prauis co-  
gitationibus mundemur in mente Per  
D N I. C. &c.

Ora pro agonizantibus, &

1. S. Pantaleon Medicus Christianam fidem meliusque vnâ curare didicit. Vnde ira in eum conflata Maximianus Imp. sanitatem imò vitam in eo qui ea alijs dederat, oppugnavit. Sed frustra obistente vivacitatis Christianæ miraculo, Martyrium tamen consummavit lacte fuso pro sanguine cum caput ei esset præsectum.

2. B. Anthusa V. sub Copronymo Imp. ob cultum sanctarum imaginum verberibus cæsa, & exilio relegata, quievit in Domino.

3. VII. Dormientes fratres fuere Ephesini hi tempore Decianæ persecutionis, obstructo latibulo suo vivi sepulti sunt; sed post 200. fere annos hæresim de resurrectione & in corruptione corporū excitatam sui manifestatione confutarunt.

S. Innocentius PP. S. MM in Thebaidē  
S. Nazarius & Celsus, 28. Jul.



*Fuga vana gloria.*

Vnde Homines se lucere præ cæteris  
æstimant. Inde se lumine virtutis pri-  
uant. Gregor.

S. Tui Innocentij (SS. Nazarij, Cel-  
si & aliorum plur MM.) nos Domine  
confessio beata communiat, & fragili-  
tate nostræ subsidium dignanter ex-  
ter. Per D. N. Jesum &c.

Ora pro Papa, &

1. S. Innocentius 1. Papa sub A. 402.  
Canonem Biblicorum librorum ab  
Apostolorum tempore traditum de-  
creto sancit contra Imperatores  
Imperatricem & Episcopos alios  
S. Ioannem Chrysostrum defen-  
dit: Pelagianam hæresim damnauit.

2. Plurimi SS. Martyres iure ab Ec-  
clesia vno cumulo honorantur cum  
in persecutionibus Decij & Valeria-  
ni eorum tanta fuerit abundantia vt  
gladius esset ludus & votum Christ-  
ianorum. in his est adolescens qui ma-  
nus & pedes ligatus, linguam sibi præ-  
morsam in facie impudicæ tentatrici  
expuit, ut Castitatem seruaret.

3. S. Nazarius & Celsus puer sub ra-  
bie persecutionis per Neronem exci-  
tata macerati, & afflicti in Carcere  
gladio occisi sunt.

S. Martha V. S. VVilhelmus Eps.  
S. Lupus Eps. 29 Jul.



*Magnanimitas.*

Magnus, qui incidit in aduersa, &  
non excidit sapientia. Bern.

Exaudi nos Deus salutaris noster, vt  
sicut de B Martha Virg. tuæ (S. VVil-  
helmi Epi. S. Lupi Epi) festiuitate  
gaudemus, ita piæ deuotionis erudia-  
mur affectu, per D N. Ies &c.

Ora pro peregrinis, &



1. S. Martha fidelis Domini hospita  
in Bethania, post ascensionem Domi-  
ni vnâ cum sorore sua Maria & Laza-  
ro Massiliam advecta in ijs locis ad  
fidem & Virginitatis propositum  
complures erudivit.

2. S. Wilhelmus Briocensis Eps. ad-  
huc adolescens, veluti alter Ioseph ex  
occasione impuritatis oblatae effu-  
git, in Episcopatu vero etiam arctius  
viuens lucernas bonorum operum ar-  
dentes manibus populo præferens,  
euangelicæ patientiæ beatitudine, per  
exilium defensionem immunitatis  
Ecclesiasticæ coronauit. A. 1241. de-  
functus.

3. S. Lupus Treucarum Eps. cum At-  
tila crudelis Hunnorum Rex sese fla-  
gellum Dei dictaret, portis vrbis suæ  
patefactis Tyranno, fide illæsam ser-  
ua uit. A. 455.

S. Abdon & Sennen M. S. Iulitta M.  
S. Maxima & Donatilla. 30. Jul.



*Constantia in aduersis.*

Si tribulationem non pateris, nondum capisti esse Christianus. Hieron.

Deus qui SS. tuis Abdon & Sennen (S Iulittæ. Maximæ, Donatillæ, & Secundæ) copiosum munus gratiæ contulisti : da famulis tuis vt SS. Tuorum meritis ab omnibus mereantur aduersitatibus liberari Per D. N. I. Chr. & c.

Ora Conuersione Hæreticorum, &

1. S. Abdon & Sennen Nobiles è  
Perside sub Decio catenis Romam ad-  
ducti, post triumphum pro fide Chri-  
sti primum plumbatis cæsi, deinde  
gladio interfecti sunt.

2. S. Iulitta M. Cæsareæ in Cappa-  
docia bona sua à quodam potente v-  
surpata in iudicio repetens, cum ille  
exceptionem daret, quod vt Christia-  
na non deberet audiri, mox iussa est  
à Iudice thus idolis offerre, vt possit  
audiri, quod illa constanter recusans  
in ignem coniecta spiritum Deo red-  
didit corpus autem à flamma mansit  
illæsum.

3. S. Maxima & Donatilla VV. &  
MM Tubure in persecutione Valeria-  
ni & Gallieni aceto & felle potatæ,  
plagis acerrimis cæsæ cum S. Secun-  
da V. 12. annorum, illæ sæ à feris no-  
vissime gladio iugulatæ sunt.

S. Ignatius C. S. Fantinus C. S. Germanus Eps. 31. Jul.



*Zelus animarum.*

Bonus ignis, qui calefacere novit,  
nescit exvire nisi sola peccata. Amb.

Deus qui glorificantes te glorificas  
& in SS tuorum honoribus honoraris:  
concede propitius, vt qui S. tui Igna-  
tij (Fantini : Germani) confessoris  
gloriosa merita colimus, eius pia pa-  
trocinia sentiamus, Per D. N. I. C. &c.

Ora pro soc. Iesu, &c

1. S. Ignatius miles Hispanus in ob-  
sidione Pampilonæ A. 1521. ætate ea,  
qua in Wartberga Turingiæ castro  
Martinus Lutherus disputando à dæ-  
mone victus, in eius partes concessit  
(vti miser in L. de missa Angulari fa-  
retur) tormento læsus, in lecto dolo-  
ris sui, ad Christi & SS. eius imitatio-  
nem conuersus, Ordinem sacrum ei-  
usdem Spiritus hæredem instituit,  
Obijt A. 1556. à Gregorio XV. in SS.  
Numerum relatus A. 1621.

2. B. Fantinus Siculus in venatione  
à ceruo, multiplices cruces inter cor-  
dua gerente, ad Eremitam abductus  
in fide Christiana institutus, eandem  
multos edocuit, è sepulchro eius ole-  
um morborum medela exstillat.

3. S. Germanus Antissiodorensis, è  
studiosissimo venationum principe,  
factus Eps. fide, doctrina, & miracu-  
lorum gloria Pelagianam hæresim in  
Britannia oppressit, obijt A. 435.

1. SS. Septem Fratres Machabæi ex  
Iudæorum stirpe orti, ante Christi D.  
Nativitatem fere 160. annis vna cum  
Matre sua pro religione patria con-  
stantissimi Martyres Antiochiæ  
sub Antiocho Epiphane passi sunt.  
Horum reliquiæ Romam translatae  
fuerunt & cultæ.

2. S. Petri vincula non minus dig-  
nitatis à Principe Apostolorum rece-  
perunt, quam eius vmbra & præcin-  
ctia, liquidem ægros sanare attactu  
suo, & dæmonia eijcere illis solenne  
fuit. Inter quos etiam fuit Ottonis  
Imp. familiaris Comes qui A. 960. Ro-  
mæ à Catena tactus liber à dæmonio  
recessit.

3. B. Friardus mercenarius oratio-  
nem labori manuum assidue intexe-  
bat, irrisus est sæpe à procacibus sed  
& à Deo miraculis est honoratus.

SS Machabæi MM. Vincula Petri,  
S Friardi. Aug.



*Desiderium patiendi.*

Felicia vincula, quæ reum suum vi-  
que ad Christi crucem consecratura  
miserunt. August.

Deus Fortitudo SS. tuorum & sola-  
tium, da Ecclesie tuæ SS. Machabæo-  
rum Martyrum, S. Petri & Friardi in-  
teruenientibus meritis, vt temporalibus  
liberetur insidijs & spiritualibus  
repleatur donis per D N I C. &c.

Ora pro afflictis,

1. S. Stephanus Papa & M Romæ in  
persecutione Imp. Valeriani, dum  
Missæ sacrum perageret superueni-  
tibus militibus, ante altare intrep-  
idus, & immobilis cæpta mysteria per-  
ficiens, in fede sua decollatus est.

2 S. Theodora vidua, duorum filio-  
rum Mater, captiuorum altrix, cul-  
trix castitatis ei, cui nubere noluerat,  
à Diocletiano tradita, ter Martyr e-  
vasit, nempe in filijs ante se peremp-  
tis & in se ipsa flamma fornacis ar-  
dentis consummata.

3. S. Rutilius M. in Africa, cùm sæ-  
pius de loco in locum persecutionem  
fugisset, ex Dni. consilio, & pericu-  
lum etiam interdum pecunia rede-  
misset, ex inopinato aliquando com-  
prehensus tormentis plurimis exa-  
minatus demum & ipse igne est con-  
summat.



S. Stephanus PP. S. Theodora cum  
S. Rutilius M. 2. Aug.



*Constantia in adversis.*

Qui pro nobis mortem semel vicit  
semper vincit in nobis. Cyprianus.

Deus qui nos B. Steph. M. tui atque  
Pont. (S. Theodora M. cum filijs: S.  
Rutilij M.) annua solemnitate laetifi-  
cas, concede propitius: ut eius natali-  
tia colimus, de eiusdem etiam prote-  
ctione gaudeamus per D. N. I. &c.

Ora pro militantibus adversus pa-  
ganos, &c.

1. Inuentio S. Stephani Protomartyris ac SS. Gamalielis, Nicodemi & Abibonis, Honorio Imperante, mundo fuit salutaris, nam & ossa SS. à Deo custodiri ac honorari ipso revelante visum fuit, & Beatæ reliquiæ per orbem diuisæ multis fuerunt magnæ causa salutis.

2. S. Lydia purpuraria, ciuitatis Thyatirenorum nobilissimi eo tempore muneris, colentisq; Deum, Paulo Apostolo prædicante Philppis in Macedonia, Deus aperuit cor, vt intenderet his quæ à Paulo dicebantur domum baptizata suã fecit Ecclesiã.

3. S. Euphronius celeberrimus Eps. apud Turones in Gallijs, concilio Parisiensi interfuit, in quo Regum & Ministrorum Regiorum audacia in Ecclesiasticis iuribus est animose damnata. Floruit circa A. 560.

Inuentio S. Stephani & c. & Lydia pu-  
ticia. & Euphronus Eps 1. Aug.



*Mundi contemptus.*

Gratiam Christi clarificatus inuenit,  
quia mundi gloriam non quaesuit.  
S. Maximus.

Da quaesumus Omnipotens Deus,  
ut B. Stephani M. Inuentio (S. Lydia;  
S. Euphronij solemnitas) veneranda &  
deuotionem nobis augeat & salutem  
per D. N. J. & c.

Ora pro eis qui agris ministrant &

1. S. Dominicus Conf. ex Hispania oriundus sæculum dimisit, vt sibi ac cæteris mortalibus lucraretur cælū, idq; ita indefesse, tam contra hæreticos pugnando, quam Catholicos instituendo, vt vitæ suæ breuitati prospiciens in sæcula secutura spiritum suum propagarit Ordinem non solum piissimum, sed eruditione clarissimum Prædicatorū instituendo. Obijt meritis diues Pater A. 1221. Bononiæ.

2. S. Valentinus Eps Passauiensis ab Arianis persecutiones passus in Alpes est exactus, vbi & mortuus est, Corpus S. Viri Deus honorauit multoties cum esset deperditum revelando, & miracula ad eius præsentia patrando.

3. S. Perpetua Nobilis Romana à S. Petro baptizata, secum ad fidē traxit & natum Nazarium, & Africanum maritum digna discipula tanto magistro.

S. Dominicus Conf. S. Valentius Ep  
S. Perpetua M 4 Aug.



*Abnegatio sua.*

Tanto magis iuharet Deo quilibet,  
quanto minus diligit proprium. Aug.

Deus qui Ecclesiam tuam B. Domini  
Conf tui (S. Valentini: S. Perpe-  
tuae) illuminare dignatus es meritis &  
doctrinis; concede propitius, vt eius  
intercessione temporalibus non desti-  
tuatur auxilijs & spiritualibus sem-  
per proficiat incrementis Per D. N.  
Iesum Chr. &c.

Oratio pro Ordine S. Dominici, &

Dedicatio Ecclesiæ B. M. V. ad  
Niues Romæ grande involuit mira-  
culum. Siquidem Ioanni Patritio  
Rom & Vxori eius cum prolem hæ-  
redem opum non impetrarent, bonus  
usus divitiarum à B. V. ostensus est  
post multas preces, nempe vt Ecclesia  
in Exquilino monte construeretur,  
vti iam designata esset à Deipara. mi-  
ra res inter maximos calores Romæ  
nivibus Ecclesiæ vestigium die se-  
quenti apparuit. Sed & Liberius pon-  
tifex in somno à Deipara Virgine mo-  
nitus accessit & fundamento iuxta  
Niueæ ichnographiæ lineas funda-  
menta jecit, ei Ecclesiæ, quæ hodie  
per orbem celebris Mariæ Majoris  
nomen accepit & à peregrinis ac pijs  
inter primas Urbis Ecclesias honora-  
tur.

Dedicatio Ecclesie B. M. V. ad Nives  
Romæ. s. Aug.



Cultus B. M. V.

Beatus homo qui audit me & qui vi-  
gilar ad fores meas quotidie, Salomō.

Concede nos famulos tuos quæsu-  
mus Dne. Deus perpetua mentis &  
corporis sanitate gaudere & gloriosa  
B. M. semper V. intercessione à præ-  
senti liberari tristitia & æterna perfrui  
lætitia per D. N. Iesum Chr. &c.

Ora pro cultoribus B. M. V. &

1. S. Osvaldus Rex Christiani nominis studiosissimus, quando cum hoste incredulo parua manu conficturus erat S. Crucis signum erigens & cum suis adorans, diuinitus vicit hostem; imo se ipsum, cum è mensa sua dapes ad pauperes misit ra n liberali manu vt ea deinde anno toto, ab hoste suspensa in aere, non computruerit.

2. S. Afra Augustæ vindelicorum primo probam, deinde, S. Narcisso Epo apud eam hospitante & orante, decus magnum, vitam veterem castitate mirifice emendauit, adeo vt ignibus nostratibus exuri quam ad priora instituta redire maluerit.

3. S. Cassianus Augustodunensis in Gallia Eps. vir inter suæ ætatis homines laudatus, apud posteros etiam memoriam claram obtinuit.



S. Osvwaldus Rex. S. Afra M. S. Cassianus Eps s. Aug.



*Fiducia in Deum.*

Dominus nescit differre, quem  
compuncto corde sibi senserit suppli-  
care. Cassiodorus.

Exaudi quæsumus Dne. preces no-  
stras quas in B. Osvvaldi Conf. (S. A-  
fræ Mart. S. Cassiani Epi) solemnitate  
deferimus, & qui tibi digne meruit fa-  
mulari eius intercedentibus meritis  
ab omnibus nos absolue peccatis per  
D N. I. Chr

Ora pro hac urbe &

Transfiguratio Dni. in Monte ha-  
bet quæ miremur & speremus. Mira  
hæc, corpus humanum ita fulgere  
posse, vt eius vestimenta simillima fi-  
ant nivi; Mortalibus oculis apparuis-  
se Moysen longe ante defunctum, &  
Eliam igneo curru in caelos euectum,  
eosq; cum Christo collocutos; & in-  
ter hæc visa auditaque ita mortales  
affectos, in visorum memores & per-  
spicaces, sui ipsius obliuiscerentur.  
Speranda vero colligitur nobis & as-  
sistentia Sanctorum vt rebus arduis,  
& Societas glorificationis, si fueri-  
mus socij passionis, cum Christo. A-  
nimamur deniq; ad pugnam breuem  
huius vitæ, quam tam dulcis & æter-  
na excipiet quies in membris, quæ  
præmonstrata est in capite Ecclesiæ  
vniuersalis.

Transfiguratio Domini in Mon-  
te: 6. Aug.



*Ave Christi D.*

Hic est filius meus dilectus in quo  
mihi bene complacui ipsum audite.

Deus qui fidei Sacramenta in uni-  
geniti tui gloriosa Transfiguratione  
Patrum testimonio roborasti & adop-  
tionem filiorum perfectam voce de-  
lapsa in nube lucida mirabiliter pre-  
signasti: concede propitius, ut ipsius  
Regis gloriae nos cohaeredes efficias  
per eundem D N.I. &c.

*Ora pro Tentatis &c.*

1. S. Albertus Ord. Carmelitici decus alium, donum fuit Deiparæ Virginis, à sterilibus parentibus impetratum. Iure igitur Ordini se iunxit, qui B. V. cultui singulariter se impendit in quo ille & virtutum & miraculorum fulgore præluxit. Nimirum siccis plantis per aquas ad opem mergendis ferendam aliquando cucurrit. Obijt A. 1292.

2. S. Donatus Eps. & M. Aretij in Italia, calicem quem infideles confregerant, prece fusa restauravit. Sub Iuliano Apostata nolens immolare Dijs fashi immolatus est Deo Vero.

3. S. Vitičius sub Iuliano prædicto militiam sæcularem secutus, ab eodem ad mortem condemnatus euasit illafus, ac deinde cum virtutum fulgore præfuit I. piscopus.

S. Albertus Conf. S. Donatus Eps.  
S. Victricius Eps. 17. Aug.



*Cultus Deiparae.*

Quid grandius Virgine. quæ magnitudinem diuinitatis intra sui ventris clausit arcanum? Damianus.

Deus qui B. Albertum Confessorem tuum spreto saeculo ad almatuæ genitricis Mariæ religionem vocare dignatus es, tribue nobis quaesumus, ut eius & Ss. Donati ac Victricij meritis & exemplis digne tibi seruientes cum ipso in aeterna gloria perpetuo te perfrui mereamur. Per D.N.I. &c.

Ora pro Ord. Carmelitarum, &

Hormisdā M. S. Cyriacus & Arthemia. S. Myro Eps. 8. Aug.



*Fuga saeculi.*

Saeculi homines infeliciter felices sunt; Martyres autem feliciter infelices Aug.

Præsta quæsumus Dne. vt intercedente B. Hormisdā M. Tuo (S. Cyriaco & Arthemia: S. Myrone) & à cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per D. N. Iesum &c.

Ora pro Tepidis &

1. S. Hormisda M. sub Persarum  
Imp. Sapore præclarum agonem pro  
Christiana religione suscepit in quo  
cadendo, ipse hostem obruit & vicit.

2. S. Arthemia Filia Imp. Diocle-  
tiani, ab infidelium Dominatore Sata-  
na obsidebatur, S. Cyriaci potestate  
cum liberata est ab hospite malo, e-  
iusdem servitutum abiicit, Christoq;  
desponsa æque ac S. Cyriacus marty-  
rio est coronata.

3. S. Myro Cretensis ignobilem  
profapiam suam Illustrissima con-  
versatione illustravit, quo plus dabat  
Dei causa, tanto plus ab eodem dita-  
batur. Imo fures 12. deprehensos cum  
saccis horrei sui, fruge plenis dimisit  
demum Eps. est consecratus.

S. Romanus M. S. Firmus & Rutilianus  
 MM. 9 Aug.



O contemptus mundi

Fallax est hic mundus, finis dubius,  
 exitus horribilis, Iudex terribilis.  
 Chryf.

Preterea quesumus Omnipotens De-  
 us, ut sicut B. Romanus spreto mundi  
 oblectamento ad baptismi gratiam  
 conuolauit ita eius & SS. Firmi ac  
 Rutiliani MM. Oratio nos tibi reddas  
 acceptos. Per D. N. Jesum &c.

Ora pro Regnis Catholicis &



17  
S Romulus miles, ubi Tyrannus  
Christianam religionē exure grate  
Leuenciana tenebat, eam inuenit.  
Nam Angelum vidit sollicite vulne-  
ra S. Martyris tergere, & confestim  
credidit & ad baptismi gratiam ut  
peruenit, vitam pro Christo & ipse  
exposuit.

2 S Firmus & Rusticus sub Maxi-  
mino seniore Imp. Veronæ, eo quod  
Christiani essent, viuerentque mori  
sunt compulli. Firmus in horto suo  
Evangelia legens captus est. Rusticus  
non procul ab illo positus se quoque  
Christianum esse professus, Firmo  
est confortio Martyrij æquatus.

S. Laurentius M. S. Asteria V. & M.  
S. Deusdedit, Conf. 10. Aug.



*Obedientia.*

Fidelis obediens nescit moras, fu-  
git crattinum & ignorat tarditatem.  
Bern

Deus qui nos B Laurentij M. tui (S.  
Asterie V. & M. S Deusdedit Conf.)  
annua solemnitate laudificas: concede  
propitius, vt eius natalitia colimus  
per eius ad te exempla gradiamur. Per  
D N I. C. & c

Ora pro Confessarijs, &c

1. S. Laurentius M. ex Hispania ortus, Romæ Diaconus ordinatus, omnium gentium præconijs laudatur, stupet in eo orbis totus fidelitatem in S. Sixtum Pontificem, liberalitatem in pauperes, Ecclesiasticæ rei curam, & in Decij Tyranni confusione magnanimitatem, Craticula qua tostus est illi modo encomium, quæ olim fuit supplicium.

2. S. Asteria seu Hesteria V. & M. Bergomensis, cum multos Christianæ religioni addixisset præconio, ipsa eidem propior facta est Martyrio.

3. S. Deusdedit Conf. sutoriam Romæ egit, melius religionem vna coluit infigne. est quod Sabbatis erogabat ad S. Petrum pauperibus, quæ per hebdomadam comparcere ex labore curarat.

S. Susanna V. M S Gaugericus Eps.  
S. Alexander Eps. II Aug.



*Castitas*

Quae se Christo dicaverint consum-  
ment opus suum magno premio de-  
stinatum Cyprianus.

Sanctorum tuorum Susannae V. &  
M (S. Gaugerici Epi. S. Alexandri Epi.)  
nos Dne. foueant continuata praesidia  
quia non desinis propitius intueri,  
quostalibus auxiliis, concesseris ad-  
iuuari Per D N Iesum Chr. &c.

Ora pro Catechumenis &

1. S. Susanna V. & M. Romana, &  
Imp. Diocletiano ac S. Caio Rom.  
Pon. ihci sanguine nexa, Virginita-  
tem Deo deuoverat. Vocabatur ad  
matrimonia grandia sed propositum  
sacerum maluit tenere quam in tar-  
bernaculis sæculi eminere. Hinc Re-  
ligionis novæ rea facta tentata tor-  
mentis, gladio cursum consummauit.

2. S. Gaugericus Eps Cameracensis  
inter alia clara leprosum ad fidem  
Christi adductum vt baptizauit, eti-  
am corpore toto sanauit. Orijt A. 594.

3. S. Alexander nobilitatem & vir-  
tutem in Carbonaria officina occul-  
tans, à s. Gregorio Thaumaturgo in  
lucem protractus, vt in Episcopatus  
candelabro luceret.

S Clara V. S. Porcarius Ab S Hilaria  
M cum Soc. 12. Aug.



*Cultus Ven Sacramenti.*

Adeamus cum fiducia ad thronum  
gratiae, ut misericordiam consequa-  
mur. Paulus.

Exaudi nos Deus salutaris noster,  
ut sicut de B. Clara V. tua (S. Porca-  
rij Ab. S. Hilaria M. Tua) festiuitate  
gaudemus ita pia devotionis erudi-  
amur affectu per D. N. Iesum &c.

Ora pro infirmis &c

1. S. Clara V. Assisio orta popula-  
rem suam S. Franciscum in S. pauper-  
tatis & ordinis institutione ita præ-  
luxit fæminis, vt ille viris dixeris ve-  
rius vnum in vtrisque fuisse spiritum  
religionis, adeo in se ipsam seuera, vt  
porci exuvias setosas carni obuertas  
sub exteriori habitu gestaret, adeo e-  
tiam Ven Sac. addicta, vt inde oracu-  
la & solatia caperet. Obijt. A. 1253.

2. S. Porcarius Abbas Lerinum In-  
sulam Gallici maris incoluit cum ali-  
is religiosiis viris. De quibus vt gloriæ  
in cælis gradus accresceret, Martyrij  
laborem Deus in terris adiecit, mo-  
nitis prius per reuelationem, vt para-  
tiores à Baracenis venientem mortem  
exciperent.

3. S. Hilaria Mater S. Augustini Augu-  
stina Martyris, ad sepulchrum filię  
Iudicissimas funderat preces, vna  
rum Digna, Luperia & Eunomia. Ad-  
iatis fuit persecutori vt ibi e periret.

Radegundis Reg S Cassianus Ep. M.  
S. V Vigbertus M. 13. Aug.



*Oratio Dni. Inuocatio.*

Sanctorum virtus de spiritu sumpt:  
est: quia mundi potestatibus con-  
traire non praesumerent, nisi eos sp. s.  
fortitudo solidasset. Greg.

Pax tua qua sumus omnipotens Deus  
et sicut B. Radegundis (S. Cassianus. S.  
Vigbertus) spreto mundi delicijs  
soli Regi Christo placere studuit, ita  
eiusdem intercessio nobis fiat saluta-  
ris. per D. N. Iesum &c.

Ora pro reductione Hæreticorum



1. S. Radegundis Regina Franco-  
rum, è Thuringia oriunda suismet  
manibus inopū miserijs succurrebat,  
in mensa vilissima quæque sumebat,  
vt olera & fabas Deniq; post Clotha-  
rij Regis mariti obitum, vt se ab ho-  
minum ambitu expediert & vestem  
Sacram sibi imposuit, & secutis annis  
Virginum congregationem seu col-  
legium regale constituit, à Deo ho-  
norata miraculis.

2. Cassianus Eps. Tudertinus ex  
Medico & Iurisperito feruente Dio-  
cletiani & Maximiani persecutione  
Iouis simulacrum comminuit, & ig-  
nem illæsus euasit, repetitis tamen  
tormentis, etiam à pueris, est inter-  
emptus pro Christi fide. Similis ei in  
genere Martyrij est alius Imolæ  
puerorum Magister.

3. S. Wigbertus ex Anglia aduectus  
in Hollandia Christi prædicati gratia  
ab infidelibus est occisus.

Eusebius Pr. S. Athanasia Abbatis.  
B Stanislaus. Conf. 14. Aug.



*Aedificatio proximi.*

Lucernas ardentes in manibus te-  
nemus, cum per bona opera proximis  
nostris lucis exempla monstramus.  
Greg.

Deus qui nos B Eusebij Tui (S. At-  
hanasia Abb. & B. Stanislai Conf.) an-  
nua somnitate lætificas concede pro-  
pitius, ut eius natalitia colimus, per  
eius ad te exempla gradiamur per D.  
N. I. &c.

Ora pro Catechizantibus &

1. S. Eusebius Romanus Presbyter  
Vir doctrina & pietate clarus tempo-  
re Liberij PP. Constantio Imp. Aria-  
nis fauente, iisdem se generose oppo-  
suit catholicas partes adversus Imp.  
defendendo. Quamobrem in angust-  
um cubile, in quo vix erectus staret  
aut cubaret, 7 Menses inclusus, in  
orationibus & ærumnis sancte de-  
cessit.

2. S. Athanasia Abbatisa circa A.  
850. floruit, xvi. diebus primo vsa Ma-  
trimonio, ad alterum adacta illud  
sanctitate vitæ compleuit, ac post vi-  
ri obitum in collegium quoddam vir-  
ginum sacrarum se abdidit sanctio-  
ris vitæ proposito.

3. B. Mem. Stanislaus Koska Nob.  
Polonus in Soc. Iesu Obijt. Is viennæ  
apud hæreticum hospitem, cum æger  
Eucharistiam impetrare non posset,  
ab Angelis & S. Barbara asportatam  
recepit.

Assumptio B. M. V. & Cognitio  
eiusdem. 15. Aug.



*Cultus B. M. V.*

Quantum gratia in terris adeptæ est  
Maria præ cæteris, tantum & in cælis  
obtinet gloriæ singularis Bern.

Famulorum tuorum quæsumus  
Dne. delictis ignosce: vt qui tibi pla-  
cere de actibus nostris non valemus  
genitricis filij tui Dni, Nri. intercessio-  
ne salvemur. per D. N. I. & c.

Ora pro Ecclesia Cathol.

Gloriosissima Assumptio B. M. V.  
cunctarum gentium encomijs & gau-  
dijs celebris, circa quartū Imp. Clau-  
dij annum contigit, postquam magno  
animæ suæ solatio vidit vniversos fi-  
nes terræ, prædicatione verbi, quod  
gestauerat & genuerat, impletos, san-  
ctamq̃, sedem Apostolicam iam Ro-  
mæ fundatā à S. Petro. Vixit omnino  
63. annos, quatordecim ante Incarna-  
tionem Filij Dei cæteros cum ipso,  
& 15. post eius in cælos Ascensio-  
nem. Obdormitioni tantæ personæ  
Apostoli diuinitus ex orbe collecti  
adfuisse traduntur, vti & illud, ipsius  
corpus post aliquot dierum requiem  
resuscitatum in cælos esse elatum. Ad  
tempus antedictum Obdormitionis  
collimat Eusebij Chronicon Ad An.  
Christi 48. narrās ita esse revelatum.

1. S. Rochus vir illustris Galliarum,  
Italiam religionis causa adiit, & pe-  
ste laborantibus sanctum servitium  
impendens, signo S. Crucis plurimos  
curavit, demum etiam morbos ipse-  
met in suo corpore Deo gubernante  
perpeffus æger in itinere sub arbo-  
re annonam per dies à cane recepit,  
& peste, quam curaturus erat post  
mortem, vitam amisit.

2. S. Hyacinthus Conf. ex Ordine  
Prædicatorum Poloniam patriam il-  
lustravit caritate in Deum & proxi-  
mos, quem Deus miraculis illustri-  
ore effecit. demum post 40 annos finis  
vitæ priori factus, receptis SS. Eccle-  
siæ Sacramentis, in verbo: In manus  
tuas Domine, Obdormivit Cracoviæ  
A. 1257.

3. S. Serena vxor quondam Diocle-  
tiani Imperatoris, tanto illustrior  
quanto marito dissimilior.

S. Rochus Conf. S. Hyacinthus Conf.  
S. Serena 16. Aug.



*Magnanimitas.*

Iusti & fortis viri est, nec adversis  
frangi, nec prosperis eleuari. Hier.

Preces nostras quæsumus Dne B.  
Rochi (B Hyacinthi: S. Serenæ Augu-  
stæ) precatio sancta conciliet, vt in  
cuius honore solemniter exhibentur,  
eius meritis fiant acceptæ per D. N. I.  
Chr. &c.

Ora pro peste afflictis, &

1. S. Clara de Monte Falco vmbriæ oppido orta A. 1266. tanta fuit verecundia, vt nullam partem corporis nudã spectare sustineret diuinitus literis erudita pacem per literas confecit & inter Resp. & priuatos. A deo de passione Dni loquebatur & cogitabat ardentem, vt Christi passionem eius cordi impressam esse non dubitaretur.

2. S. Mamas in carcere ex martyribus natus parentibus, videtur vincula habuisse pro cunis. Angelus S. eius curam gessit vt educaretur, quo nutritio dignã vitam agens sæpe Martyr effectus, demum sub Aureliano tridente est confossus.

3. S. Paulus Prolemaide comprehensus est quod contra minas Aureliani Imp. se signo crucis muniisset eius soror S. Iuliana eodẽ signo se muniens & tyrannum increpans pro fratre cū eodem martyrij coronam adepta est.



S. Clara de M. Falconis. S. Mamantis M.  
S. Paulus & Iuliana M. 17. Aug.



*Medit. Passionis Dni.*

Nemo ita cordialiter sentit passionem Christi, sicut is cui contigerit similia pati Gerson.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut B. Claræ (S. Mamantis. SS. Pauli & Iulianæ) solemnità recensentes, meritis ipsius protegāmur & precibus per D.N. Iesum Chr. &c.

Ora pro Indis &

1. S. Helena Imperatrix Constantini  
M. Imp mater cultui SS. Reliquiarum  
maxime Crucis Dominicæ addictis-  
sima, toto orbe Romano easdem exi-  
miis templis Regijs construendis ho-  
noravit. Dni crucem adiuuante Ma-  
cario Hierosol. Epo è tenebris eruit.

2. S. Agapitus M. XV. annos natus  
plurimum stipendiorum, quam anno-  
rum sub Christo duce miles, Neruos,  
carceres, carbones, equuleos, flagra,  
aquam ferventem, bæstias & alia vi-  
cit, gladio, vt cælum iniret cessit.

3. S. Rainaldus Ravennatum Eps  
ex capellano summi Pontificis crea-  
tus, præclare multis in Ecclesia gestis  
Obijt A. 1321. & in basilica Vrsiana  
conditus, post annorum centuram  
incorrupto corpore repertus, mira-  
culis multis clarior est effectus.

S. Helena Imp. S. Agapitus M. S. Rainaldus Eps. 18. Aug.



*Amor crucis.*

Tolle crucem tuam & sequere Iesum  
& ibis in vitam æternam. Thomas à  
Kempis.

Supplices te rogamus Omnipotens  
Deus: vt intercedente B. Helena (B.  
Agapito M. B. Rainaldo Epo.) & tua  
in nobis dona multiplices, & tempo-  
ra nostra disponas, per D.N.I.&c.  
Ora pro pace, &

1. S. Ludovicus Carolo Siciliae Rege ortus S. Francisci religionem amplexus est, cum eum equus ludicra tentantem deiecisset. In ea cultu B. M. V. excelluit, & causam rogatus dixit hanc: Morientem me illa iuabit. & sane adiuvit, quippe inter Angelorum manus in caelos evolante illo, auditæ voces; sic fit fervienti Deo in munditia & puritate.

2. S. Tecla in Palæstina passa est cum Agapito M. illa feris exposita, earumque dentibus laniata cito transiit ad sponsum, ille ad maiora tormenta robustior est delatus.

3. S. Sebaldus è Regio sanguine cum sponfa castitatem vovit coluitq; imitatus S. Iosephum Idita placuit Deo, vt novo miraculo, eidem glacies pro ligno ad focum servierit, & Ithrum pallio instrato trāsuectus. Obiit solitarius juxta Norimbergam A. 740.

S. Ludovicus Eps S Tecla M.  
S. Sebaldus C. 9 Aug



*Amor Dei.*

Ordinem dilectionis pervertunt  
qui Deum plusquam seipfos non dili-  
gunt. Prosper

Preces Dne B. Ludouici ( S Teclæ  
M S. Sebaldi Conf ) dicatas meritis  
benignus assume & ad perpetuum  
nobis tribue provenire subsidium, per  
D N Iesum Chr. &c.

Ora pro prælatis, &

1. S. Bernardus Ab. Clarevallenſis  
nutritius D. Virginis videri poteſt, a-  
deo ſermo eius fragrans eſt Virgine-  
is encomijs, & vita virtute. Miracu-  
lum multorum annorum & Regio-  
num qui dixerit, à vero non abluſerit.  
Romana Eccleſia paucis virum di-  
cit vita, doctrina & miraculis glo-  
rioſum.

2. S. Leontius M. cum fratre ſuo  
Carpophoro Medicus ex Arabia Aquis  
leia in Chriſti nomine languores  
mortalium depellebant, cum eam ob  
cauſam ſagittis impeterentur in ſa-  
gittantes retorta ſunt iacula eorum,  
demum Deo viſum eſt gladio permit-  
tere terminum vitæ ſſ. ſibi ſacratæ.

2. S. Stephanus Rex Vngaros Chri-  
ſti jugo ſubijciens eiſdem apprime B.  
M. V. cultum & pietatem impreſſit,  
manet hodie in gente bellica affectus  
quæ Dnam ſuam vocat, Deiparam.

S. Bernardus Ab S Leontius M.  
S. Stephanus Rex. 20 Aug.



*VITACANTA.*

Esto cunctis benignus, nemini  
blandus, paucis familiaris, omnibus  
æquus. Bern.

Intercessio nos quæsumus, Dne B.  
Bernardi Ab. (S. Theodori M S. Step-  
hani Regis) commendet, vt quod no-  
stris meritis non valemus eius patro-  
cinio assequamur, per D. N. I. C. & c.

Ora pro caute ambulantes &

1. S. Bassa cum tribus filijs Imperante Maximiano in ius vocata à suomet marito dæmonum sacrificulo eodemque agente primum in filijs passa, felici mox exitu eorum est exhilarata, & tanto iam securior eos secuta est palmam, quanto minus de se in terra relinqui sciebat. In mare demersæ beatifilij apparuerūt, iterumq; quoad coronam cum eis recepit.

2 S. Privatus Eps Gaballitanæ Urbis irruentibus in Gallias Alemannis paganis, in crypta montis, vbi ieiunijs & orationibus vacabat repertus & captus, ad impurum Deorum sacrificium tam diu fustibus compulsus est quoad pro exanimi relictus paucis diebus exspiravit.



S. Bassa & 3. Filij eius. S. Priua-  
tus Eps. 27. Aug.



*Humilis confessio.*

Peccatum peccato addit, qui cul-  
pæ, quam fecit, patrocinia defensio-  
nis adiungit Gregorius.

Accepta sit in conspectu tuo Dne  
nostra devotio & B. Bassæ ac Filiorum  
eius Martyrum (S. Privati Epi.) suppli-  
catione fiat nobis salutaris, pro cuius  
solemnitate defertur, per D. N. I. &c.  
Ora pro frugibus Terræ &

1. S. Symphorianus Augustoduni in  
Gallia princeps iuuentutis multis à  
Tyranno victoriis relatis cum edu-  
ceretur prælatis securibus, matrē ac-  
clamantem audiit. è tecto Io, fili, tri-  
umpha; Io tecum mater triumpho.

2. S. Anthusa Tarsi in Cilicia nobi-  
lis fæmina, à S. Athanasio eiusdem vr-  
bis Epo baptizata, cum eodē & duo-  
bus servis suis sub Valeriano est passa.

3. S. Hippolytus. In Portu Romano  
Eps, eruditione clarissimus sub Alex-  
andro Imp. ob præclaram fidei con-  
fessionem manibus pedibusque liga-  
tis in altam foueam aquis plenam  
præcipitatus martyrij palmam acce-  
pit. Eius corpus à Christianis apud e-  
undem locum est tumulatum.

S. Symphorianus M. S. Anthusa V.  
S. Hippolytus Eps 22. Aug.



*Preparatio ad tentationem.*

Esto expeditus ad pugnam, si vis habere victoriam. Thom à Kempis.

Deus qui nos annua S. Symphoriani M. tui ( S. Anthusæ V. S. Hippolyti Epi & M.) solemnitate lætificas concede, propitius, vt cuius gaudemus meritis accendamus exemplis, per D. N. Iesum & c.

• Ora pro benefactoribus, &

1. S. Sidonius apud Arvernos in Gallia doctrina & sanctitate conspicuus, sublato aliquando libro memoriter Deo verba inspirante celebrauit.

2. S. Fructuosa vna cum Restituto, Donato, Valeriano, & alijs XII. passa est Antiochiæ, & præclarissimo confessoris honore coronata.

3. S. Philippus Florentinus ex Medicinæ studio, B. M. V. studiosissimus cultor effectus Ordinem servorum B. M. V. recens inchoatum iussu Deiparæ ingressus, eundem mirificè miraculis ac virtutum excellentia illustravit. E Germania redux & Templum Virginis ingressus, Hæc requies mea, dixit, & vocem Deus ratam habuit, & brevi decessit.

S. Sidonius Eps. S. Fructuosa M. S. Phil.  
lippus Florentinus 23 Aug.



*Cognitio sui.*

Benedicta illa anima, cuius humi-  
litas confundit proximorum superbi-  
am. Casarius.

Sancti tui Sidonij (S Fructuosa V.  
S Philippi) Dne pia non desit oratio,  
quæ tuam nobis indulgentiam sem-  
per obtineat, per D.N. Iesum &c.

Ora pro conversione peccatorum  
&

S. Bartholomæus Ap. S. Audoenus Ep  
S. Patritia V. 24. Aug



*Renovatio Spiritus.*

Licet is qui foris est noster homo  
corrumpitur, tamen is qui intrus est de  
die in diem renovatur. Paulus.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui  
B. Apostolo tuo Bartholomæo (B Au-  
doeno Epo S. Patritiæ V.) gratiam Fi-  
dei, Spei & caritatis misericorditer  
tribuisti, da Ecclesiæ tuæ, qua sumus  
id credere quod credidit, & amare  
quod amavit, per D. N. &c

Ora pro Conci. natoribus &

1. S. Bartholomæus Apls è Galilæa  
in Asia & India verbum Christi præ-  
dicans demum ab Aftyage, Armeniæ  
Regis fratre, crudeliter occisus est  
fustibus & pellis viuæ detractiōe.

2. S. Audoenus Eps magnus inter  
magnates aulæ Dagoberti Regis, sed  
maior in aula cælestis Imperatoris,  
pauperū pater amātissimus in se seue-  
rissimus Eps Rothomagi creatus His-  
panias 7. annorum siccitate laboran-  
tes primo lacrymis, mox umbre re-  
creauit. Monumentorum sacrorum  
ac SS. Reliquiarum, si quis alius, au-  
ctor integerrimus.

3. S. Patritia V. Neapolitana Con-  
stante Imp. orta clam nauē nuptia-  
rum, quas nolebat periculo, effugit,  
& Thesaurum virginitatis Christo  
sacrauit.

S Ludovicus Rex S. Genesius M.  
S. Hunegundis V. 25. Aug.



*Opera caritatis.*

Quis quis vult alterum prævenire  
regnando, prius illum præueniat ob-  
sequendo. Amb.

Deus qui B Ludovicum Conf tuum  
(B. Genesium M B Hunegundē V T.)  
à terrenis ad cælestis regni gloriã trãs-  
tulisti: eius quæsumus intercessione  
& meritis Regis Regum Iesu Chri-  
sti F. tui facias nos esse consortes, per  
eundem &c.

Ora pro Regibus Christianis &



1. S. Ludovicus Rex Galliā alterius  
Ludovici Regis, Hæreticorum apud  
Tolosates domitoris, filius A. 1227.  
parenti successit 12 annos natus, om-  
nesq; Regis & sancti viri partes ex-  
pleuit, in Terram S etiam armis pro-  
latis altera vice, Is est Regiā apud  
Parisios capellæ dignissimis reliquijs  
celebratæ author.

2. S. Genesius Mimus cum Comœ-  
dias & risum daret de sacris Christia-  
norum cæremonijs baptismi, ludicro  
in verum mutatus Christianum, fi-  
dem serio professus Serio iussu Imp.  
gladio vitam absoluit.

3. S. Hunegundis V. Nobili origine  
Veromandutorum, invita desponsa,  
sponso suo persuasit, vt secum pere-  
grinaretur Romam. Ipsa Romæ vela-  
men sacrum de Papa manu assumens  
terrenum cælesti sponso mutavit, &  
illi in finem adhæsit.

S. Zephyrinus PP. M. S. Alexander M.  
S. Concordia M. 26. Aug.



*Studium virtutum.*

Grandis violentia est; in terris nasci, & cælum occupare. Chrysoft.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt B. Zephyrini M. Tui atque Pontif. (S. Alexandri M. S. Concordiæ M.) cuius gaudemur meritis, instruamus exemplis per D. N. I. Chr. & c.

Ora pro augmento Fidei &

1. S. Zephyrinus Papa Caracalla & Heliogabalo Imp. rexit Ecclesiam. Is multa vtilia circa Ordinandos & Ordinationis modum sancivit, eademq; vniverso servanda promulgavit, demum Martyrio quæ docuerat confignavit.

2. S. Alexander miles Legionis Thebææ, in Italiam ne ad impia facta compelleretur refugerat cumque eã ob causam captus Mediolani fuisset ac postea dimissus, Bergomi Christum prædicaret iterum captus capite est truncatus sub Maximiano.

3. B. Concordia M. Romæ post agonem suum in cloacam demersa fuit. Eius corpus cū ex cloaca extraxissent Irenæus & Abundius etiam ipsi Martyrij Coronam receperunt in eandem cloacam demersi.

S. Cæsarius Eps. S. Aurelius & Natalia  
M. S. Euthalia 27. V. Aug.



*Dilectio inimicorum.*

Si beneficientes patienter sustine-  
tis, hæc est gratia apud Deum. Petrus.

Familiam tuam quæsumus Domine  
continua pietate custodi; vt quæ in  
sola spe gratiæ cælestis, innititur B.  
Cæsarij Cōf. Tui atq; Pont. B Aurelij  
& Nataliæ MM, B Euthaliæ) protectio-  
ne muniatur, per D.N.I. &c.

Ora pro reconciliandis inimicis &

1. S. Cæfarius Conf. Arelatensis Eps  
adulescens libro pernicioso operam  
dedit at ita ut indormiret super eo in-  
clinatus, salutarior fuit iste somnus  
quam vigilia, siquidem exitiali super  
Serpente visus est sibi quiescere, quē  
& vigilans excussit.

2. S. Aurelius & Natalia coniuges  
duabus susceptis prolibus deinceps  
castitatem elegerunt. Placuit propo-  
situm cælitibus, & duce Christo ac B.  
V. qui se sanctis coniugibus impende-  
runt, imo laureatis Lauream martyrij  
appararunt.

3. S. Euthalia V. & M. Leontina, cum  
tres fratres in carcere inviseret,  
Christi fide erudita, à Serviliano fra-  
tre Idololatra, in cubiculo interiore  
suspensa & verberata, demum etiam  
capite plexa est.

S. Augustinus Eps S. Iulianus M.  
S. Agnes V. 28. Aug.



*Contritio.*

Nisi pœniteat aliquem vitæ veteris,  
Novam inchoare nequit. Aug

Adesto Supplicationibus nostris  
omnipotens Deus & quibus fiduciam  
sperandæ pietatis indulges: interce-  
dente B. Augustino Conf., tuo atque  
pontifice ( B. Iuliano M. S. Anthe )  
consuetæ misericordiæ tribue benignus  
effectum Per D.N.I &c.

Ora pro Ordine D. Augustini &c

1. S. Augustinus, quam lubrica & pertinaci juvena fuit, tam Sancta virili ætate, toti orbi eluxit. Ita ut ad summum Theologiæ fastigium à Deo eductus esse censeatur. in illa tamen sapientiæ & vitæ claritate Cathedræ S. Petri & ijs qui in ea sedebant inconvulse adhærebat. nihil extra eam se sapere arbitratus.

2. S. Julianus M. Brivate apud Arvernos celebris, cum esset B. Ferreoli Tribuni comes & in habitu militari occultè Christo serviret, in persecutione Decij à militibus tent<sup>o</sup> dissecto gutture horribili morte necatus est

3. S. Agnes V. Assinas Ord. Min S. Claræ Soror observantiæ regularis studiosissima, vitam pane solo & aqua traducens quorum exemplo vixit, in cælum pervenit.

Decollatio S. Ioannis B. S. Meder-  
icus Ab. S. Sabina M. 29. Aug.



*Obedientia.*

Si obedientes fuerimus præpositis nostris, Deus obediet orationibus nostris. Gregorius.

Protegat nos Dne B. Ioannes (B. Medericus Ab. B. Sabina M.) intercedendo, vt & conversationis eius experiamur insignia & intercessionis percipiamus suffragia, per D. N. Iesum &c.

Ora pro Augmento caritatis &



1. Decollatio S. Ioannis Baptistæ impleuit propheticam vocem S. præcursoris, cum se minuendum esse, Christum crescere oportere prædixit. Sed eo quo in terris minoratus est, in cælo excrevit supra mortales omnes prædicatus à Christo; & Angelis æquatus.

2. S. Medericus Ab. in Galliis circa A. 550. durissimam agens vitam non nisi bis in hebdomade se reficiebat hordeaceo pane, amictus cilicio. Monacho conquirenti, quod fædis infestaretur à dæmone concupiscentijs, suam vestem induit & dæmonium fugavit.

3. S. Sabina Romana Illustrissima clarissimi viri Valentini coniunx à S. Seraphia V. instituta sacris Christianis ita eisdem adhæsit, vt à ludice interrogata responderit: Gratias ago Dno meo Christo qui me liberavit.

Fiacrius Ab. SS. Felix & Adau&us M.  
S. Gaudentia vel Tecla. 30. Aug.



*Contemptus diuitiarum.*

Si locuples humilitatem diligat non  
est sæculi diues æstimandus Cassiod.  
Adesto nobis quæsumus misericors  
Deus, & intercedente B Fiacrio Conf.  
(S. Felice & Adau&to: S. Gaudentia &  
Tecla) tua circa nos propitiatus dona  
custodi, per D.N.I. Chr. &c.

Ora pro peccatorum conversione  
&

1. S. Fiacrius Ab. ex Hibernia in Gallias ad Meldense Territorium veniens, à S. Farone Epo in silva locum construendo Monasterio aptum accepit, quē ille miraculis & sanctimonia vitæ suæ illustravit, vt multo hominum concursu celebraretur.

2. S. Felix presb. Romæ via Ostiensis sub Diocletiano & Maximiano post equulei vexationem, data sententia cum duceretur obvius ei Christianus sponte Christianum sese professus & M. honorans mox cum eodem pariter decollatus, & Adauctus est vocatus à Christianis, qui nomen certum viri optimi ignorarunt.

3. S. Gaudentia V. Romæ cum tribus alijs martyrio celebris meruit gaudia nescientia finem.

S. Aydanus Eps S Paulinus Treu. Eps.  
SS. Rufina & Ammia M. 31 Aug.



*Charitas.*

Theſaurus indeficiens eſt amor di-  
vinus, quem qui adeptus eſt vere diues  
factus eſt. Baſilius.

Semper nos Dne B. Aydani Conf.  
Tui (B Paulini Epi: SS. Rufinae & Am-  
miae M.) foveat quaesumus Beata so-  
lemnitas & tuo dignos reddat obse-  
quio per D N. I. Chr. &c.

Ora pro infirmis &

1. S. Aydanus Eps. Lindisfarnensis  
in Anglia, æque Regibus ac mendicis  
amicus, cum reprehenderetur quod  
donum regium equum phaleratum  
pauperi dedisset, aiebat: plusne iu-  
mentum hominis est an homo Domi-  
nus eius? Obijt. A. 642.

2. S. Paulinus Treuir Eps, tempore  
Arianæ infestationis à Constantio  
Imp. Ariano in Catholicam fidem  
exilio relegatus, & extra Christia-  
num nomen vsq; ad mortem mutan-  
dis exilijs fatigatus tandem apud  
Phrygiam defunctus beatæ passionis  
coronam à Dno accepit.

3. S. Rufina ex S. Theodoto Marty-  
re & ipsa martyr genuit S. Maman-  
tem M inter vincula, & carceres, cum  
paulo ante eius natiuitatem vir coro-  
natus ipsa paulo post. Angelo S. pro-  
curante S. Ammia puerum educauit  
Martyrij candidatum.

1. S. Aegidius regali stemmate or-  
tus cum pauperem sua veste induisset  
se spoliatum à quodam ignoto pie  
respondit. Gallias ut lateret ingres-  
sus, easdem cum cerua latebras inco-  
luit, eidemque ille asylum erat, illa  
vicissim hospes. Demum ab Regibus  
deprehensus in patrem multorum est  
electus quos rexit donec cælo matu-  
rus est visus A. 523.

2. S. Lupus Eps Senonensis xx. Con-  
fessoris illustris munus impleuit, de  
eo refertur, quod quadam die, cum  
præsente clero sacris altaribus asta-  
ret lapsa sit cælitus gemma in eius ca-  
licem sanctum floruit vir sanctissi-  
mus circa A. 616.

S. Aegidius Ab. S. Lupus Eps. S. Verena V. r. Sep.



*Devotio erga SS.*

Sanctos in afflictione adiutores non habet, qui habere Socios in hilaritate contemnit. Gregor.

Deus qui B. Aegidij Ab. (S. Lupi: S. Verenæ) commemoratione Ecclesiam tuam illustras, concede vt in cuius exultamus solemnijis, eius defendamus patrocinijs per D.N. Ies. &c.

• Ora pro SS. cultu augendo &

1. S. Iustus Eps XIII. Lugdunensis in Gallia Ecclesiæ, miræ sanctitatis Confessor & Prophetici Spiritus vir interfuit nomine Gallicanorum Episcoporum Concilio Aquileiensi sub Imp. Gratiano, demum in eremum Aegypti vna cum Viatore Lectore secedens aliquot annis proximam Angelis vitam egit, floruit circa A. 379.

2. S. Antoninus M. Gallicanus, quam à puero coluit Virginitatem, Martyrij palma decoravit. Corpus in partes dissectum flumini datum est, quod aquis retractis illud Christianis colendum reddidit; caput vero Angeli ad Festi principis per. S. conuersi prædium diuexerunt.

3. S. Maxima M. Romana vnâ cum S. Ansano ad Imp. Diocletianum sponte accedens Christianâ religionem professa tamdiu nodosis fustibus cæsa est donec spiritum redderet.



S. Iustus Eps. S. Antoninus M. S. Maxima M. 2. Sept.



*Patientia.*

Vnde plangis quod pateris? Medicina est, non pœna: castigatio, non damnatio. August.

Tuere Dne populum tuum, & intercedente B. Iusto C. & Epo (S. Antonino M. S. Maxima) nos eripe è peccatorum periculis & gaudijs fac perfrui æternis, Per D. N. Jesum &c.

Ora pro incarceratis &

1. S. Seraphia V. & M. Antiochena  
Romæ S. Sabinam nobilissimam vir-  
ginem Christo adiunxit, capta vero  
à principibus cum interrogaretur  
vbinam Christi, quem coleret tem-  
plum foret, dixit: Ego castitatem co-  
lens sum templum Christi, cui me  
nunc in sacrificium offero.

2. S. Remaclus Eps Tungrorum  
tempore Clotarij Regis Francorum  
sanctitate vitæ illustris Arduennam,  
Siluarum & montium ingentem  
tractum Monasterijs Malmundario  
& Stabulao exornauit operum san-  
ctissimorum, quæ vsq; nuncjistic per-  
aguntur author, circa A. 690.

3. S. Basilissa V. & M. annos nouem  
nata cum in persecutione Diocletia-  
ni verbera, ignes ac bæstias Dei virtu-  
te superasset, demum in oratione spi-  
ritum conditori reddidit.

N. Seraphia V. S. Remacius Eps. S. Basilissa V. M. 3. Sept.



*Compassio proximi.*

In casu proximi dicito : vehemens fuit nimis tentatio quid de me illa fecisset, si in me potestatem accepisset!  
Bern.

Da quaesumus Dns populo tuo diabolica vitare contagia, & intercedente B. Seraphia V & M tua (S. Remaclo C. & Ep S. Basilissa V. & M.) te solum Deum fac pure mente sectari, per D. N. Iesum Chr. &c

Ora pro tollendis scandalis &c

1. S. Marcellus seu Marcellinus Sa-  
cerdos ac demum etiam Eps ac M.  
Trevirensis XX. in Ordine locum ob-  
tinuit, ita sancte ac pie præfuit, vt  
etiam Tungrensem Ecclesiam sua  
pietate sit complexus.

2. B. Irmgardis V. ex Zutphanien-  
sium comitum genere prognata, pa-  
tre defuncto sese sanctis operibus ad-  
dicens erexit & dotauit Ecclesias,  
Hospitalia & loca Sacra adiit, SS. re-  
liquias collegit: Romam profecta  
caput S. Siluestri Coloniam retulit.

3. S. Ida Vidua defuncto. Egberto  
Westphaliæ Duce circa A. 810. floru-  
it, indies marmoreum quem sibi fece-  
rat loculum implebat panibus eumq;  
pauperibus dispertiebatur.

S. Marcellus M. S. Irmgardis. S. Ida  
Vidua 4. Sept.



*Remissio offensa.*

Attendis quid tibi fecerit homo &  
non attendis quid tu feceris, Deo! Au-  
gustinus.

Deus qui nos B Marcelli M. B. Irm-  
gardis: B Ida Viduae solemnitate lae-  
tificas concede propitius, ut cuius na-  
talia colimus per eius ad te exempla  
gradiamur, per D N. Iesum & c  
Ora pro Condonantibus offensas &

1. S. Rosalia V. Filia Sinibaldi Rosarum & Quisquinæ in Sicilia principis, Carolo Magno Imp. cognata, pro Christi amore principatum au- lamque fugiens in montibus ac spe- luncis solitaria cælestem vitam duxit Corpus eius à SS. Angelis conditum in marmore in cristallo, qui circum circa increverat sub Urbano VIII. re- velatum Siciliam peste liberavit.

2. S. Moyses Propheta & ipse mon- tibus assuetus, inter SS. eminent uti mons Dei Vespillonem non homi- nem sed Deum meruit obtinere, cui etiam in monte cum clarificaretur va- na cum Elia, quasi redivivus affuit minister veteris Legis.

3 S. Candida Neapolitana, duplex est Sancta, altera Senior tempore Apostolorum floruit B. Petro deuota vidua, altera sub An. Dni 532. nun- quam otiosa sese pro filij & mariti salute, devouit, placuit Deo pietas.

S. Rosalia V. S. Moyses Proph.  
Candida 4. Sept.



*Fuga Discordia.*

Quisquis seminando jurgia dilectionem proximorum perimit, hosti Dei familiaris seruit. Gregorius.

Præsta quæsumus Omnipotens Deus ut qui B. Rosaliæ V. (B. Moyses Prophetæ: B. Candidæ) commemoratione gaudemus eius intercessione in tui nominis amore crescamus per D. N. I. & c.  
Ora pro Magistratû &

1. S. Bertinus è Constantiensi Diæ-  
cesi ad S. Audomarum Morinorum  
Epm deferta patria pervenit, à quo  
Monasterio præfectus, ei quod ad  
portum Iccium (Sithiu barbare voca-  
tum) est Sanctissime vivens in humi-  
litate & simplicitate cordis Deo de-  
vixit circa A. 689.

2. S. Eudoxius M. miles erat Roma-  
nus tempore Imp. Diocletiani, cum  
igitur hic fureret in Christianos,  
Christi militiæ non oblitus vna cum  
Zenone, Macario & mille centum ac  
quatuor abiiciendo militare Cingu-  
lum pro Confessione Christi est ne-  
catus.

3. S. Obdulia V. alia Toleti in Hispa-  
nia, alia ex numero SS. Virginum D.  
Vrfulæ Sociarum, vtraque gloriosa  
Christo sponso Virginum sese vniuit.



S. Bertinus Ab. S. Eudoxius M. S. Ob.  
dulia V. s. Sept.



*Timor Domini.*

In veritate comperi, nihil æque effi-  
cax esse ad gratiam, quam si omni  
tempore coram Deo inveniaris non  
altum sapere, sed timere. Bern.

Præsta qua sumus, Omnipotens De-  
us, vt qui B Bertinum (B. Eudoxium:  
S Obduliam) in Sancto timore perse-  
verasse cognovimus, fortes in nostra  
intercessione sentiamus, per D. N.  
Iesum &c.

Ora pro afflictis &

1. S. Eleutherius Confessor Abbas  
fuit Spoletij, is tempore S. Gregorij  
M. claruit tanta vitæ sanctitate, ut &  
S. Pontificem imbecillitate stomachi  
tempore verni ieiunij succubiturum  
relevarit, & mortuum vitæ eodem  
teste reddiderit.

2. S. Humbertus Confessor nobilif-  
simo Hannonum genere natus tēpo-  
re Cholderici Franc. Regis in Mona-  
sterio Laudunensi educatus est. Cum  
S. Amando Romam adijt, per iter vr-  
sus equum clitellarium perdidit, sed  
iussu S. viri vices equi compulsus  
subiit Obijt circa A. 650.

3. S. Consolata V. & M. Regij in Ae-  
milia, cælestis gloriæ solatia pro  
temporalis vitæ delicijs modicis à se  
spretis abundantissime recepit.

S. Eleutherius C. S. Humbertus C.  
S. Consolata V M. 6. Sept.



*Caritas fraterna.*

Dum nos invicem odio habemus,  
muros civitatis Ierusalem contra nos  
claudimus Cæsarius.

Miserere Dne populo tuo & conti-  
nuis tribulationibus laborantem in-  
tercessione S. Eleutherij (S. Humberti:  
S. Consolae) propitius respirare con-  
cede per D. N. Ies. Chr. &c.

Ora pro clero &

1. S. Regina V. & M. in Territorio  
Augustodunensi apud Gallos sub  
Olybrio proconsule carceres, lam-  
pades & equuleum perpeffa, de-  
mum capitali sententia damnata,  
migravit ad sponsum.

2. S. Stephanus Eps, ex Carthusia-  
no Monacho, Diensis Ordinatus,  
multos quos in Diæcesi reperit abu-  
sus ac transgressiones sacrorum ca-  
nonum correcturus, Dæmoni qui  
adhæc induxerat præcepit, ut se se-  
ductis corporali specie exhiberet, pa-  
ruit etsi inuitus dæmon, & terra spe-  
cie omnes ad fugam peccati inclina-  
uit. Obijt vir S. circa A. 1213.

3. S. Evortius Romanæ Ecclesiæ  
Subdiaconus, divino munere per co-  
lumbam designatus creatus est Aure-  
lianis in Gallia Eps circa A. 344.

S. Regina V. M. S. Stephanus Eps.  
S. Eustachius Eps 7. Sept.



*Misericordia.*

Dicturus causam in Iudicio Dei pro  
trōnam tibi Misericordiam, per quam  
liberari possis assume. Chryf.

Omnipotens & misericors Deus, de  
cuius munere venit vt tibi digne ser-  
uiatur, tribue quæsumus nobis interce-  
dentibus SS. tuis, vt ad promissiones  
tuas sine offensione curramus, per D.  
N. Jesum. &c.

Ora pro aegris &

S. Mariæ V. Nativitas S. Corbinianus  
Eps. S. Adrianus M 8. Sept.



*Cultus B M V.*

Misericordiæ tuæ, O Virgo. Longi-  
tudo vsque in diem novissimum sub-  
venit vniversis, latitudo replet orbem  
terrarum. Richardus

Da fidelibus tuis, Dne, in tua fide  
& sinceritate constantiam, vt in carita-  
te divina firmati intercedentibus  
meritis B.M.V (S. Corbiniani. S. Adria-  
ni) in tua caritate firmati nullis tenta-  
tionibus ab eius integritate separe-  
mur, per D.N J &c.

*Ora pro infantibus &*

1. B. M. V. Nativitas Nazaretho Galilææ oppido adscribitur ex SS. Ioa-  
chimo & Anna sterilibus voto impe-  
trata. Verissime de ea S. Romana cen-  
set Ecclesia, quod gaudium attulerit  
vniverso mundo quippe ex qua velu-  
ti aurora ortus est Sol Iustitiæ Chri-  
stus D. N. qui soluens maledictionem  
dedit benedictionem, & confundens  
mortem donauit nobis vitam æternā.

2. S. Corbinianus Frisingensis Eps.  
quos in patria declinaverat humilis  
honores, decreto divino exaltatus  
Romæ invenit à Bawariæ Principe  
viro invitatus ad hospitium, negavit  
se posse intrare, nisi sordes falsi ma-  
trimonij ex eo abolerētur Obijt circa  
A. 735.

3. S. Adrianus M incertum relinquit  
vane an vxoris suæ S. Natalia virtute  
illustri sit clarior illa ei secando &  
pedes tenendo animavit.

S. Severianus M. S. Audomarus Ep.  
S. Anastasia V. & Ab 9 Sept.



*Observatio Mandatorum.*

Frustra verba Dei custodiuntur memoria, si nō custodiantur & vita. Aug.  
Tuere Dne populum tuum & intercedente B. Severiano M. (S. Audomaro Ep., S. Anastasia V. M tua) ab omnibus peccatis clementer emunda, quia nulla ei nocebit adversitas, si ei nulla dominetur iniquitas per D. N. J. & c.

Ora pro observatione mandatorum Dei &



1. S. Seuerianus miles sub Licinio  
Imp. Sebastæ in Armenia frequenter  
visicans SS quadraginta Martyres in  
carcere detentos iussu Lysæ praesi-  
dis saxo ad pedes alligato suspensus  
ac verberibus cæsus, & flagris lania-  
tus, in tormentis reddidit spiritum  
inviçtum.

2. S. Audomarus è Constantiensi  
diæcesi ortus, matre defuncta patrem  
vt secum in Monasterium virtutis  
scholam abiret persuasit. Tam solli-  
cite pascentem à quo pastus erat,  
Deus multo gregi Morinentium po-  
pulorum præfecit & miraculis glo-  
riosum effectit Obijt A. 685.

3. S. Anastasia V. circa A. 760. floruit  
ingressa monasteriũ Horreense Tre-  
viris in eodem cæteris præclare  
præfuit.

S Nicolaus Tolentinas S. Menodora  
sum Sororibus. S. Saluius Eps. 10. Sc.



*Fervor Spiritus.*

Cur animam tuam vili pendis & ei  
carnem præponis? Dominam ancilla-  
ri & ancillam Dominari magna est  
abusio Bern.

Intercessio nos, quæsumus Dne B.  
Nicolai Conf. tui Menodora cum So-  
roribus; S. Saluij Epi) commendet, vt  
quod nostris meritis non valemus, ei-  
us patrocinio assequamur per D. N.  
Iesum &c.

Ora pro tepidis &

1. S. Nicolaus de Tolentino merito  
S Nicolai à sterilibus impetratus Or-  
dinē Eremitarum S. Augustini innu-  
meris divinisque virtutibus auxit, as-  
pero vestitu, verberibus, ferreaq; ca-  
tena corpus suum domans & charita-  
te humilitateque omnes antecedens,  
frequentissime illud vsurpabat: cu-  
pio dissolui & esse cum Christo quod  
assecutus est A. 1306.

2. S. Menodora cum Sororibus suis  
Metrodora & Nymphodora sub Maxi-  
miano Imp. & Frontone præfide in  
Bithynia Coronatæ pervenerunt ad  
gloriam sui sponsi.

3. S. Salvius ex Iudice Monachus  
denique & factus Abbas, abdicato of-  
ficio se recluserat angusto loco, imo  
& mortuus fuerat cum elato Deus  
reddidit vitam lacrymanti se ad talem  
vitam reverti in eam tamen rediit ut  
Episcopatum sanctæ administraret.

S. Theodora S. Euphrosynus C. S. Vinciana V. 11. Sept.



*Contemptus Mundi.*

Si sapis, si habes lumen oculorum,  
desine iam ea sequi, quæ etiam conse-  
qui est miserum. Bern.

Exaudi Dne populum tuum & S.  
Theodoræ (S. Euphrosyni: S. Vinciana)  
solemnia celebrantem temporalis  
vitæ tribue pace gaudere per D. N. Je-  
sum Chr &c.

Ora pro conjugatis &

1. S. Theodora illustre exemplar  
pa nitentium vellapsarum emicat ex  
in s Ægypti tenebris Alexandria  
istic enim cum incaute deliquisset  
facti pænitens mira abstinentia &  
patientia in habitu sancto incognita  
perseveravit ad mortem.

2. S. Euphrosynus rusticano ex ge-  
nere in monasterio horti & culinæ  
ministerijs applicatus parum à cæte-  
ris honoratus, Deo demum docente  
religioso presbytero quanti esset me-  
riti manifestatus est cum ei in exta-  
sim raptò gloriosissimus apparuit, &  
ne dubitare liceret ipsi alijsve auditu-  
ris cælesti odore poma porrexit, quæ  
post extasin sacerdos iuxta se reperit.

3. S. Vinciana V Soror S. Landoaldi  
vixit in Hasbania circa A. 643. Ot-  
thone II. Imperante translata Gan-  
clayum.

S. Guido C. S. Silvinus Eps.  
S. Bona V. 12 Sep.



*Preparatio ad mortem.*

Disce bene vivere. & disces bene  
mori. vix male moritur, qui bene vixe-  
rit. Aug.

Exaudi, quæsumus Dne, preces no-  
stras quas in B. Guidonis Conf. tui (B.  
Silvini. B. Bonæ) solemnitate deferi-  
mus, & qui tibi digne meruit famu-  
lari, eius intercedentibus meritis ab  
omnibus nos absolue peccatis per D.  
N. Jes. &c.

Ora pro morientibus &c

1. S. Guido Brabantinus, Adolefcens  
sefe D. Virgini addixit, nempe ædi-  
rimus eius alicubi factus, cum ab eo  
instituto suafione alicuius effer abdu-  
ctus, infeliciter ei alia cæpta cefse-  
runt, quibus ille viciffim cedens ad  
pietatem redijt, & viam in cælum  
munivit. A. 1117 2.

2 S. Silvinus Epifcopus veronenfis  
xxxviii. in doctrina Christiana fuis  
Civibus tradenda multum laboravit,  
lætiffimus erat cum alicui benefece-  
rat. Iejuniis & Orationi nihilominus  
caritate in proximos, & feveritate in  
fe fcalam fibi tutam in cælos con-  
ftruxit.

3. S. Bona V. in Ægypto, Matrimeo-  
nium Nobili Iuveni, quod Chrifto  
fe despondiffet, negavit; timens au-  
tem ne blanditijs vel vi flecteretur,  
latenter effugit, Dno confecrata.

S. Maurilius Eps. S. Amatus Ab. SS.  
MM. cum S. Cornelio P. 13. Sept.



*Dei dilectio.*

Ne amorem divideres, idem tibi fa-  
ctus est & creator & redemptor. Hu-  
go Vi&t.

Da quæsumus omnipotens Deus, vt  
B Maurilij C. tui atque Pont. S. Ama-  
ti Ab. SS. MM. Rom.) veneranda so-  
lemnitas, & devotionem nobis augeat  
& salutem per D. N. J. &c.

Ora pro peccato ribus &c



1. S. Maurilius Andegavorum Eps,  
à S. Martino institutus fuit vitæ præ-  
ceptis, Is tanti fecit confirmationis  
Sacramentum, vt Cum juvenis illud  
orans & dilutus decessisset sine eo, ip-  
se Episcopatu se exuerit Horlanumq;  
peregrare egerit, repertus tamen à su-  
is & recuperatus Obijt A. 410.

2. S. Amatus Presbyter ac denique  
Abbas in Romarico Galliæ Monaste-  
rio abstinentia & miraculorum glo-  
ria illustris immanis petræ ruinam  
virtute S. Crucis innoxiam fecit, flo-  
ruit circa A. 630. sub R. Dagoberto.

3. Multorum vtriusque sexus MM.  
memoria in Ægypto, inter quos ju-  
re Princeps est Philippus Pater S. Æu-  
geniæ Augustalis Ægypti gladio ju-  
gulatus.

S. Crucis Exaltatio. S. Maternus Eps.  
S. Salustia & Cerealis 14. Sept.



*Amor Crucis.*

Cruz est Regum magnificentia Imp.  
Philosophia, Martyrum gloria. Chryf.

Deus qui nos Exaltatione S. Cru-  
cis lætificas; præsta quæsumus ipsius  
virtute (SS. Materni, Salustia & Cerea-  
lis intercessione) vt cuius Mysterium  
in terra cognovimus eius redemp-  
tionis præmia cupiamus per eundem  
D. N. Iesum &c.

Ora pro pace &c

1. S. Crucis Exaltatio & illa intelli-  
gi potest quæ sub Constantino M. fa-  
cta est Romæ, debellato gentilismo in  
Maxentio Tyranno: & illa quæ Iero-  
solymsis evenit, cum Heraclius Imp.  
victor de Chosroa R. raptore S.  
Crucis Crucem reportavit, illa tamen  
tenax in se fundatæ humilitatis, nisi  
posito diamate & Ornatu ferri re-  
cusavit.

2 S. Maternus creditur filius Vi-  
duæ in Naim resuscitatus. Illud cer-  
tum à S. Petro missum esse in Garma-  
niam & 40. dies mortuum resuscita-  
tum S. Petri Virga. Colonienses  
Christo adiunxit.

3 S. Salustia Vxor S. Cærealis mili-  
tis, vna cum eo in fide instructa opera  
S. Cornelij Papæ, eodem die pariter  
pro Christo capite plexi sunt.

S. Richardus Ab. S. Melitina M. S. Eutropia Vid. 15 Sept.



*Fuga Hypocrisis.*

Si vis esse templum veritatis, frange  
idolum Falsitatis. August.

Pateant Dne aures misericordiae tuae  
precibus supplicantium, & vt peten-  
tibus desiderata concedas, fac eos in-  
tercessione B. Richardi (S. Melitinae:  
S. Eutropiae) quae tibi sunt placita po-  
stulare per D.N. Iesum Chr. &c.

Ora pro Concionatoribus &c.

1. S. Aichardum mater pietati pater militiae addixit, litem ipse diremit secutus sacram militiam in qua Dux nongentorum monachorum factus, quos signo S. Crucis & aqua lustrali adversus hostem saepe defendit, imo victor in caelum secum duxit.

2. S. Melitina M. Marcianopoli in Thracia sub Antonino Imp. & Antiocho praeside ad gentilium fana semel & iterum ducta, quod toties Idola eorum corruerent suspensa, laniata & demum capite est plexa.

3. S. Eutropia Vidua singularis exempli parsimonia & humanitate certantibus, non minus se jeunijs, quam cibus pauperes pascens, adversus nequitas seu argutias in lite quadam meruit à Sidonio Apollinari defendi.

1. S. Cornelius P. Rom. circa A. 254  
corpora SS. Apostol. Petri & Pauli  
transtulit, Concilium Romæ contra  
Nouatū & Nouatianum, nolentes re-  
cipere apostatas, etsi pæniteant, cele-  
brauit. S. Cypriano familiaris. Obiit  
martyrio. S. vero Cyprianus Eps Car-  
thaginensis sub Decio & Valeriano  
gloriose rexit Ecclesiam suam, pro  
qua & mortuus est acceptaque gladij  
sententia gratias egit.

2. S. Editha V. Edgari Anglorum R.  
filia virginitatis propositum prætulit  
regno, crebro signum crucis formans  
pollice meruit, ut is reliqua manu  
corrupta post mortem incorruptus  
maneret.

3. Euphemia V. & M Soror S. Inno-  
centiæ. Diocletiano Imp. carceres,  
verbera argumenta roto rumi ignes,  
pondera lapidum, bæstias plagas vir-  
garum, ferras acutas, sartagine igni-  
tas pro Christo superauit,

SS. Cornelius & Cyprianus. S. Editha  
V. S. Euphemia V. m. 16 Sept.



*Dilectio Inimicorum.*

Quisquis malos non tolerat, ipse  
sibi testis est, quia bonus non est,  
Cyprianus.

Omnipotens & Misericors Deus, de  
cuius munere venit, ut tibi à fidelibus  
tuis digne & laudabiliter seruiatur, tri-  
bue quæsumus, ut B. Cypriani ( S Cor-  
nelij: S. Edithæ: S. Euphemiæ ) Patroci-  
nio confidentes, ad promissiones tu-  
as sine offensione curramus per D. N.

Ora pro propagatione Fidei.

S. Hildegardis V. Nobilis, in Mo-  
guatina vixit diæ celi vitam sanctam  
revelationibus diuinis clarificatã. va-  
rijs nihilominus afflictionibus exer-  
citam, quas A. ætatis 28. Christi 1180.  
terminauit translata in requiẽ æter-  
nam

2. S. Lambertus Tungrensis, quæ  
nunc Leodiensis dicitur Eclix Eps,  
fortiter obstitit Pipino Austrasiorum  
principi quod Alpaidem pellice mS.  
Plectrudi coniugi superinduxisset.  
Hæc causa illi mortem accelerauit à  
fratre pellicis illatam, quæ quam glo-  
riosa fuerit in conspectu Dei, demon-  
strat Leodium, quæ Sancti viri est  
mausolæum natũ ab A. 698, quo ille  
viuere istic loci desiit.

3. S. Satyrus frater S. Ambrosij ex-  
emplar colendæ inter fratres carita-  
tis, A. 390 obiit. in naufragio ven. Sa-  
cramentum oratio inuolutum & col-  
lo suspensum mare illæsus tranauit.



S. Hildegardis V.S. Lambertus Eps.  
S. Satyrus Conf. 17 Sept.



*Gratitudo.*

Si homini pro beneficio non referre gratias simile est hōicidio, quantum crimen, est non referre Deo: S, Satyrus

Præsta quæsumus Omnipotens Deus, ut nullis nos permittas tentationibus concuti, quos in Sanctorum tuorum Hildegardis, Lamberti & Satyri Communione solidasti. per D. N. I. &.  
Ora pro fidelibus defunctis &.

1 Impressio sacrorum Christi stig-  
matum Christi Dni N. in corpore B.  
Francisci Confessoris euenit biennio  
ante quam è vita hac migraret in mō-  
te Aluernæ, in quo tunc S. vir in hono-  
rem S. vir in honorem S. Michaelis ie-  
iunium quoddam quadragenarium  
inchoauerat, quo priuilegio utiq; tam  
stupendo, quam nullis retro sæculis  
concesso, insignitus est Sanctus Dei,  
vt & suis secundum spiritum filijs, &  
toti mundo, veluti, alter Moyses & ti-  
mendus & amandus esset Legislator.  
ac corda hominum amore crucifixi,  
quæ in corpore viuo portabat, inflam-  
maret.

2. S. Theodora nobilis matrona Ro-  
mæ SS martyribus studiosissime mi-  
nistrans eorum corpora post mortem  
obitam curabat sepeliri inter ea fue-  
runt corpora SS. Abundii, Abundantiï,  
Marciani & Ioannis quæ aromatibus  
cōdiuit & in prædio suo sepeliuit.

Impressio Stigmatum S. Francisci  
S. Theodora. 17 Sept.



*Fides Viua.*

Sic te Dei filium esse fateris, viue  
quasi Dei filius, ut actu & vita tanto  
respondeas genitori Chrysol.

Dne Iesu Christe qui ad inflam-  
manda corda nostra tui amoris igne,  
in Carne B. Francisci Passionis tuæ sa-  
cra stigmata renouasti, cōcede ut eius  
ac S. Theodoræ meritis & Precibus  
crucem iugiter feramus & dignos pe-  
nitentiæ fructus faciamus, qui viuus

Ora pro pauperibus Spiritu &.

1. S. Ferreolus M. tribunus erat mi-  
litaris, propter Christi vero confessio-  
nem iussu Crispini præsidis tentus,  
& crudelissime verberatus, deinde  
gravi catenarum pondere oneratus,  
& in teterrimū carcerē detrusus. so-  
lutis dininitus vinculis liber exiuit,  
sed ostensa Dei virtute liberare valē-  
tis iterum tentus, obtruncatione pal-  
mam martyrij non amisit Imp. Maxi-  
miano in Gallijs.

2. S. Eustorgius I Eps tempore Con-  
stantini M. Ecclesiæ suæ Mediolanē-  
si impetrauit Corpora SS. Trium ma-  
gorum, quæ ex Parthia nuper erant  
Constantinopolim allata.

3. S. Sophia & Irene in Orientali Ec-  
clesia celebres Christi Martyrers aus-  
picia nominum suorum secutæ, & ve-  
ram sapientiam & pacem æternam ap-  
prehenderunt illius, per quem omnia  
facta sunt, gratia.

S. Ferreolus M. S. Methodius Eps.  
SS. Sophia & Irene MM. 18. Sept.



*Oblivio iniuriarum.*

Dimitte delinquenti in te, si vis ipse de tuis nihil Dno debere delictis.  
Chrysologus.

Omnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei & Caritatis augmentum & ut mereamur assequi quod promittis fac intercessione B. M. tui Ferreoli (S. Methodij: S. Sophiæ ac Irenes) nos amare quod id præcipis per D. N. I.  
Orapro reductione hæreticorum

1. S. Ianuarius M. Beneuentanæ Vr̄  
bis cum esset Eps, vna cum Festo Dia-  
cono, Desiderio Lectore post vincula  
& verbera & carceres capite cæsus  
Neapolim delatus honorifice in Ec-  
clesia tuūlatus est Ibidem beatissimi  
Martyris sanguis in vitrea ampulla  
seruatus, cum in conspectu capitis e-  
iusdem ponitur, velut recens lique-  
cere & ebullire conspicitur.

2. S. Goericus Metensis Eps cogno-  
mento Appus, olim miles cæcitate  
perculsus, cum Metas venisset, S. Ste-  
phani meritis visu recepto, presbyter  
ordinatus, demum etiam Eps, populo  
suo doctrina & exemplo præluxit.

3. S. Constantia Nuceriæ sub perse-  
cutione Neronis vna cum Felice pres-  
bytero Martyrio coronata est, quod  
Diis immolare recusās in Fidei Chri-  
stianæ proposito immota permaneret

S. Aquarius MS. Goericus Eps. S. Con-  
stantiam .19. Sept.



*Humilitas.*

Nec humilitas facit pusillianimes,  
nec magnanimitas arrogantes. Bern.

Præsta quæ sūus Omnipotens Deus,  
vt qui B Ianuarii M. tui (S. Goerici: S.  
Constantiz) natalitia colimus, inter-  
cessione eius, in tui nominis amore  
roboremur per D. N. Iesum Chr.

Ora pro pace inter religiosos Or-  
dines &c.

**S. Eustachius M. Legionis X. Dux**  
sub Traiano Imp. Bellica fortitudi-  
ne & in pauperes pietate clarus, dum  
cervum venatur, à Christo super cer-  
vi cornibus apparente captus est, au-  
dita voce: Ego sum I. Christus, Rex  
cæli & terræ, humanique redemptor  
generis, quis tuis delectatus virtuti-  
bus adsum, ut te è dæmonum sevitute  
in cælestis patriæ libertatē vendicē.

2. S. Theopista vxor eius haud dis-  
emili visione à Deo erudita, cum ille  
x venatione domum reversus, quæ  
sibi evenerant, narraret, ad maritum  
conversa ait: Quæse te, ne socordes  
simus ad sacra Christiana percipenda.

3. S. Agapius & Theopistus Filii  
eorundem nocte sequente una cum  
patre ac matre ad Sacerdotem Ioan-  
nem accedentes baptizati sunt; ve-  
runtamen per varias tribulationes  
circumacti, & subinde à Deo recreati,  
demum in æneo bove Martyriū conf.



S. Eustachius M SS. Agabius & Theopistus S.P. Theopista. 20 Sept.



*Confirmitas cum Deo*

Tunc in Christo omnes, & in omnibus Christus, cum omnes solius Dei capiunt & faciunt voluntatem. Chrisol.

Præsta Dne precibus nostris cum exultatione proventum, ut SS. martyrum tuorum Eusta. Agapij Theopisti, ac Theopista, quorum merita colimus etiam fidei constantiam se quamur per D N. Iesum & c.

Ora pro Pastoribus animarum & c.

1. S. Matthæus Apls & Evangelista è  
relonio vocantem Dnm secutus, post  
ascensionem Dni primus scripsit Euā-  
geliū, & ad Aethiopas profectus Re-  
gem cum populo Christo lucrificit,  
maxime miraculo filia Regis ad vitā  
revocata. Deniq; Rege defuncto cum  
Hirtacus eius successor illicita ab A-  
postolo postularet nēpe virginis eb  
sacra nuptias, negante eas Apostolo  
ad altare est occisus.

2. S. Iphigenia V. Filia Regis Ae-  
thiopum à S. Matthæo est conversa, &  
Christo dedicata, ab Hirtaco petita in  
matrimonium, dum aspernatur Re-  
gem terrenum, eælestem meruit obti-  
re sponsum.

3. S. Ioannes propheta Dni, in civi-  
tatem Regiam ad prædicandam pæ-  
nitentiam missus, onus declinans, fu-  
gientque correptus est per piscem à  
quo absorptus viusq; terræ redditus.

S. Mattheus Ap[osto]l[us]. S. Ionas Propheta  
S. Iphigenia V. 21 Sept.



*Humilitas*

Perit reuera omne quod agitur si  
non sollicite in humilitate seruetur.  
Bernardus.

Beati Apostoli & Euangelistæ Mat-  
thæi (B. Ionæ: B. Iphigemiæ) Dne pre-  
cibus adiuuemur: ut quod possibilitas  
nostra non obtinet, eius nobis inter-  
cessione donetur per D.N. Iesum  
Ora pro Papa &c.

1. S. Mauritius Dux Legionis The-  
bæorum, (cuius celeberrima martyria  
à fontibus Rheni ad ostia eiusdē sunt  
propagata) author fuit commilitoni-  
bus suis, ne se impuris idolorum sa-  
cificiis commacularent Hinc legio  
à loco Sacrificii digressa, in Alpibus,  
loco, qui Octodurus dictus est, maxi-  
ma parte cæsa est, aliæ partes ad Rhe-  
num profectæ diuersis in locis apud  
Castra occisæ sunt.

3. S. Ioannes Reomai Abbas, ex Lin-  
gonibus oriundus, in Lerinensi cæno-  
bio educatus & ad suos reversus, ora-  
tionum suarum vi Basiliscum peremit  
Obiit natus annos 120. A. Chr. 560.

3. S. Irais V. & M. Antinoopoli in  
Aegypto ad hauriendam aquam e-  
gressa, videns nauim Confessoribus  
plenam, relicta hydria sese eis adiun-  
xit, & coronam martyrii cum iisdem  
percepit.

S. Mauritius Dux. S. Ioannes . Ab  
S. Irais V. & M. 22 Sept.



*Misericordia.*

Sit semper in pectore tuo venia, si  
non vis timere crimina. Chrysologus.

Annue quæsumus Omnipotens De-  
us SS. MM. tuorum Mauritiij & socio-  
rum eius .S. Ioannis: & Irais) nos  
latificet festiua solemnitas, ut quorū  
suffragijs nitimur eorū natalitys glo-  
riemur Per D. N. I.

Ora pr. Conuersione peccatorum

&

S. Thecla V. M. S. Linus PP. M. SS Xan-  
tippe & Polyxena 23. Sept.,



*Bona opera*

Qui se stare nouit in huius uitae lu-  
brico, sic ieiunium teneat, ut miseri-  
cordiam non relinquat. Chrysologus  
Da quaesumus Omnipotens Deus  
ut qui B. Theclae V & M. tuz (S. Linus  
PP. & m. S Xantippes & Polyxenae) na-  
tali tia colimus & annua solēnitate  
fatemur & tantae fidei proficiamus ex-  
emplo per D. N. Iesum Chr.

Ora pro recta institutione puero-  
rum &

1. S. Thecla V. & M. Iconij in Lycaonia illustrissima, ad fidem à S. Paulo adducta, sub Nerone Imp. in confessione Christi ignes & bæstias deuicit, & post plurima superata certamina se-leuciam veniens ad doctrinam multorum, ibidem in pace quieuit

2. S. Linus papa S. Petri successor in Pontificatu. sanciuit ne mulier non velata caput Ecclesiam intraret, demum iussu Saturnini Consulis cuius filiam à dæmonum vexatione liberauerat, decollatus in cælos migravit,

3. SS. Polyxena & Xantippa in Hispania SS. Apostolorum discipulæ dignæ magistris, eosdem in cælos secutæ sunt.

S. Gerhardus Eps. SS. Thirsus Dias &  
Felix 24 Sept.



*Dilectio Dei.*

Redi ad Deum sic amatus à Deo, &  
ad illius gloriam da te totum, qui se  
totum propter te ad suam iniuriam,  
deduxit. Chrysol.

Da quæsumus Omnipotens. Deus,  
ut qui B Gerhardi Epi. ( SS. Thirsi &  
Felicis: S. Epigeniæ V ) Solemnia agi-  
mus, etiam actiones imitemur Per D.  
N Iesum

Ora pro Catechizantibus &.



1. S. Gerardus Venetus, cū iter facit  
Ierosolyman per Venetias, à D. Ste-  
phano Hungariæ Rege detentus Eps  
ei genti datus est B. M. cultui eximie  
deditus quicquid interpositione no-  
minis eius orabatur, concessit clienti  
suo honorem habuit Regina marty-  
rum, & martyrio eundē condecoravit

2. S. Thythus · Diaconus & Felix à  
polycarpo in Galliam directi, ibidem  
ob Christi Confessionem dirissime  
cæsi sunt & tota die inuersis manibus  
suspensi in ignem coniecti, & com-  
busti, tandem vectibus occiduntur.

3. S. Euphemia Chalcedone sub  
Diocletiano Imp. passa nobiles ha-  
buit quadraginta nouem imitatores  
martyres. Hi ad bestias damnati, & ab  
ijsdem diuinitus liberati, demum gla-  
dio coronam adepti sunt.

S Firminus Eps. S. puer Constantino  
politanus. S. Aurelia & Neomisia. SS.



*Gaudium Spiritus.*

Ille exultat Dno, cui sola & tota læ-  
titia, semper est Deus. Chrysologus  
Deus qui B Firminum Epm. S In-  
nocentem: Ss. Aureliam & Neomisi-  
am Sanctorum tuorum gloria subli-  
masti, concede propitius ut qui com-  
memorationis eius (eorū) Festa per-  
colimus, vitæ quoque imitemur ex-  
empla Per D.N. Iesum Chr.  
Ora pro Tentatis &.

1. S. Firminus Eps & M. Ambiani in  
Gallia; in persecutione Diocletiani  
sub Rictiouaro Præside, post varia tor-  
menta capitis decollatione martyri-  
um sumpsit.

2. B. Puer Anonymus Constantino-  
poli, tempore Theodosij Iunioris,  
quando sævusterræmotus homines  
ad orationis studium vertebat, ita ut  
nudis pedibus & veste sordida irent  
supplicatum per campos, ex agmine  
supplicantium in nubes turbine ab-  
repsit Trisagion illud Sanctus &c  
& cælitibus decantari audiit, & post ho-  
ram relatus populo narravit. quæ nar-  
ratione perfunctus ipse defunctus est,  
& populus Trisagium imitatus a ter-  
ræmotu liber euasit.

3. S. Aurelia & Neomisia Virgines  
sorores in Asia non obscuræ mortuis  
parentibus Christo Virginitatem des-  
ponderunt obitusque locis SS. Anagninæ  
in Italia sancte decesserunt

S. Iustina V. M. S. Eusebius PP. S. Cy-  
prianus. M. 26 Sept.



*Conscientia Bona.*

Nihil est merendum, quibus est  
bona conscientia. S. Martialis.

Sanctifica nos quæsumus Dne Deus  
noster per inuocationem S. Iustinae V.  
& m. tuæ (S. Eusebij pōt. Cypria. m.)  
& per eandem fac nos tibi semper  
offerre munus acceptum per D. N. I. &  
Ora pro bono usu Sacramentorū &

1. S. Iustina. V. cum a Iuvene adama-  
retur, illaque amorem suum Christo  
dicaret. veneficijs per Cyprianum  
magnum impetita crucis signo & Chri-  
sti cultum sincero artes dæmonum elu-  
sit ac vicit, ipsumque magum ad Chr-  
stum adduxit, & Martyrij conferrem  
accepit.

2. S. Eusebius Papa Maxentio Impe-  
rante Romæ constituit, ut puella des-  
ponsata Monasterium ingredi non  
prohibeatur. & sacrificium altaris in  
lineo panno, non Serico fieri præcepit  
obiit circa A. 306.

3 S. Cyprianus M fuit iste, qui B.  
Iustinã V magici artibus ad amores  
instigare tentavit, sed potentiore arte  
fidelis Virginis, ipse ad Christi amo-  
rem inductus, cum ipsa etiam coro-  
nam Martyrij percepit, imperante  
Diocletiano, eorum corpora naui im-  
posita Romam aduecta fuerunt.

SS. Cosmas & Damianus, S. Elceasius  
Comes, S. Hiltrudis, V. 27 sept.



*Eleemosyna.*

Dando pauperi das tibi. solum  
quod pauperi dederis olim habebis.  
Chrysologus.

Proficiat nobis, ad salutem Corpo-  
ris & animæ, SS Cosmæ & Damiani  
& Elcearii: & Hiltrudis) commemora-  
tio, & sempiterna eiusdemque Indi-  
uiduæ Trinitatis fruitione faciat re-  
pleri per D. N. Iesum Chr. &c

Ora pro pace &

1. SS. Cosmas & Damianus fratres  
ex Arabia nobiles medici nobiliores  
Christiani Diocletiano Imperante,  
gratia Christi miracula Sanitatum o-  
perando à Lyfia præside ad tribunal  
vocati, post multa tormenta virtute  
Dei superata gladio martyrij consum-  
mationem adepti etiam num sanitates  
operando se docent perspicue viuere  
in Cælis.

2. S. Elcearius Comes, iussu regio  
matrimonio illigatus exemplum est  
posse coniugatos esse sanctissimos. nã  
Aula eius monasterio simillima fuit,  
& Canonicas horas indies legēs, pau-  
peribus largiendo non defecit Obijt  
demum A. 1323.

3. S. Hiltrudis ex Comitū sanguine in  
Belgio effloruit sub Rege Pipino hæc  
Hugonem Burgundiæ Ducem maritū  
recusans Christo sese despondit.

S. Venceslaus Dux S. Charite  
S. Lioba Abbatissa. 28. Sept.



*Studium gloriae aeternae.*

Oremus ut Christus semper suo  
regnet in milite, ut semper miles suo  
triumphet in Rege. Chrysologus.

Deus qui neminem in desperantem  
nimium affligi permittis, sed pium  
precibus praestas auditum, concede ne  
intercessione S. Venceslai (S. Chari-  
tionis: S. Liobae à cunctis mereamus  
cripi aduersis per D N Iesum &c.

Ora pro praelatis Ecclesiae &c.



1. S. Wenceslaus Dux siue Rex Bohemiarum sub Ottonis I. imperio tam religioni Catholicæ addictus fuit, ut quotannis triticæ & segetis ipse demeteret, & vuarum legeret, quantum sacrificio Sacerdotis annuo sufficeret. Hæc pietas fratri eius Boleslao æque adæmoni displicuit, & vterq; vna cæde Dei virum occidit,

2. S. Chariton nobilis Iconij ciuis, pro Christi confessione verbera & contumelias expertus, ac diuina vi liberatus Ierosolymam & in eremum Vicinam effugit istic ille multorum SS. Pater & Rector effectus Christi regnum non parum propagauit.

3. S. Lioba V. ex Anglia ad S. Bonifacij Germaniæ Apostoli votum in Germaniam puellas fæminasq; instructura aduenit. Fecit id illa pijsi-  
me & à Deo meritis cumulata quieuit.

S. Michael Arch. S. Quiriacus Erem.  
S. Gudelia & Casdoa MM. 29 Sept.



*Cultus SS. Angelorum.*

Væ nobis, si Angeli provocati peccatis nostris, indignos nos iudicauerint sua Visitatione. Bernardus.

Deus qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius, ut à quibus tibi ministrantibus semp. assistitur, ab his in terra vita nostra muniat per D.N. Iesum &c.

Ora pro Principibus Christianis &c.

1. S. Michael princeps cœlestis militiæ singulariter curã Ecclesiæ Christi accepit, eo quod in prælio quod initio mundi in cælo inter apostatas & fideles angelos cõmissum est, intõnerit: Quis sicut Dns Deus noster & ps. 112. vnaq; Christi & B. M. V. improperia à Dracone egesta refutarit.

2. S. Quiriacus Eremita Corintheta oriundus sub Theodosio iuniore effloruit, & auditis verbis Euãgelij, Qui vult venire post me tollat crucem suã & c, peregre Ierosolymam & in solitudinem abiit, in qua & Sanctissime vixit & Origenistis se opposuit, defũctus A. 555.

3. S. Gudelia M. in Perside cum plurimos conuertisset ad Dnm, sub sapore R post multa tormenta, cute capitis detracta, vna cum Casdoa matrona gladio coronam accepit.

S. Hieronymus Doct. S. Gregorius  
S. Sophia 30 Sept.



*Longanimitas.*

Crede creditori tuo, qui tibi crededit  
debitori Expecta ut ueniat, qui te diu  
sustinuit ut venires. Chrysol.

Deus qui Ecclæ tuæ in exponendis  
S. Scripturis B. Hieronymum Conf.  
tuum Doctorem maximū providere  
dignatus es: præsta quæsumus, ut eius  
ac S. Gregorij ac Sophiæ suffraganti-  
bus meritis, quod docuit exercere va-  
leamus per D. N. I. Chr. &

Ora pro Virginibus &

1. S. Hieronymus Stridone in Panno-  
nia seu Hungaria natus, orbem pieta-  
tis ac doctrinæ gratia peragravit, stu-  
dio huic diuina gratia affulsit, cum &  
in Doctorem maximum Ecclesiæ eū  
promouit, & Hæreticorum felicem  
debellatorem effecit: sed maximalaus  
illius est prius se ipsum vicisse.

2. S. Gregorius Armenus Eps. sub  
Diocletiano Imp multa passus tandē  
in pace quieuit. Eius caput sacrum, v-  
na cum catenis quibus fuit vinctus, &  
fragminibus virgarum quibus cæsus  
fuit Neapolim, ex Oriente translata,  
in Ecclesia sibi dicata seruantur.

3. S. Sophia Vidua Mediolanensis  
mater SS. VV. Fidei Spei & Caritatis  
sub Traiano Romam, duce S. Rapha-  
ele Archangelo, Christum per loca  
annuntians, peruenit, ibi filias capite  
pro Christo plexas, sepeliens oransq;  
animam Deo ac cælo remisit.

1 Remigius Conf. Rhemorum Eps.  
circa A. 550 floruit. is Francorum  
nationem, quæ Gallias, ex Germania  
olim profecta, occupauerat, ad Christi  
fidē perduxit, Clodouæo Rege eorū  
sacro fonte Baptismatis & fidei Sacra-  
mentis initiato. & cum annos pluri-  
mos in Episcopatu expleffet Sancti-  
tate & miraculorum virtute conspicu-  
us decessit è vita 13. Ian. corpus eius  
translatuū est 1. Oct.

2. S. Maxima & Iulia MM sorores  
& Verissimi M. cum eodem Olisippōe  
in Lusitania passæ sunt sub perlec-  
tione Diocletiani.

3 B. Franciscus Borgia Gandiæ  
Dux & aliquando Prorex Regni Va-  
lentini in Hispania, visâ forma pulch-  
errimæ olim fæminarū post multos  
dies à morte etus, fastidiēs sæculum  
Societate Iesu ingressus, in ea sancti-  
tate floruit maxime sui despectu.

S. Remigius Eps. SS. Maxima & Iulia  
MM B. Franciscus Borgia. i Sep



### Cognitio sui.

Beatus homo, qui seipsum potest  
cognoscere, & desplicere; probare &  
improbare. Bern.

Da quaesumus, Omnipotens Deus  
ut B. Remigij Confessoris atque Pō  
(SS. Maximæ & Iulix MM. S. Francisc  
Conf. tui) veneranda solemnitas & de  
uotionem nobis augeat & salutem per  
D. N. Iesum & c.

Ora pro pace, &

1. S. Nicetius Trevirorum Eps. magnanimus iustis in causis etiã Regibus se opposuit pro Ecclesia, fauit ei Dns miraculis ita ut Regis nolentis p̄ire servũ dæmõ inuasit, quo ad Dns eius cæli Dno in seruo suo obtēperavit

2. S. Bauo ex Francorum principum sanguine ortus, post matrimonium in caua quercũ vixit, deinde in angustiis macella, in qua compedibus a se met ipso vinctus, dæmones vi. r. cum crucis de cælo descendentis visu recrearetur, Agnosco. inquit, gloriosa militie mee signa, & moriẽs, ait Christe ad hunc. q̄ i quid ni obuiã exis anima.

3. S. Piatas M. Tornacensis, Roma in Gallias cum socijs venerat Christi annuncian. si gratia, eius se a gratia, ille martyrii coronam adeptus est Maximian. h. dem prosequente.



S. Bauo Conf; S. Nicetius Eps S. Pia-  
tus M. 108.



Fuga peccati

Fiet corpus tuum tua Hostia, si nul-  
lo peccati iaculo fuerit sauciata. Chry-  
sologus

De oratione populi tui, quæ sumus  
Domine, SS tuorum prosequatur ora-  
tio, nosque a peccatorum nostrorum  
maculis intercessione S. Bauonis (S. Ni-  
cetij; S. Piatij) emunda per D N. Iesum  
Ora pro conuersione peccatorum &

S. Leodegarius Augustodunensis  
Eps. Ebroine Mijore domus Regum  
Francorum yrijs iniurijs & supplicij  
grauijssimis a tritus, demum capite  
plexus est, virum S. Deus honora-  
uit, cum corpus truncum ho am ad-  
huc stet t donec carnifex deieci, quē  
etiam mox demon corripuit, ut &  
Ebroinum suus gladius nō multo post  
peremit

2. S. Eleutherius miles & M. cum a-  
lijis innumeris, quasi eorum malitia  
Regia Di. ceterum conflagrasset, ac-  
cusatis & aceruatim peremptis, pri-  
mus praeiuit, qui cum per tormenta  
singula efficitur validior igne vitam  
consummauit.

3. S. Claræ V. sacrum corpus A. 12  
60 translatum est Assisij. vbi tanquā  
basis Ordinis sui, sanctitate fulgens,  
multas Virgines suo trahit exemplo.

S. Leodegarius Eps S. Eleutherius  
Translatio S. Claræ & O. &



Contemptus terrenorum  
Bona terrena contempfit Christus  
ut contemnenda omnia terrena mon-  
straret. Augustin.

Exaudi Dne preces nostras, quas  
B. Leodegarij ( S Eleutherij: S. Claræ  
solemnitate deferimus, & qui (qua  
tibi digne meruit famulari. eius inter-  
cedentibus meritis ab omnibus no-  
absolue peccatis per D. N. Iesum & c.  
Ora pro tentatis &

1. S. Gerardus Ab. Broniensis ex Au-  
straliæ principium sanguine, ad S. Dio-  
nysum apud Parisios Benedictina in-  
stitutus sub Regula, Bronium, ubi  
Clericos sæculares fundaverat, insti-  
tutum monasticum induxit, multis à  
Deo miraculis & gratiis ornatus, om-  
nium fere Belgii Abbatiarum curam sus-  
cipere est coactus, in qua sancte de-  
cessit. A. 955.

2. S. Maximianus Eps Bagaiensis,  
qui à Donatistis hæreticis sævissima  
iterum atque iterum passus, ex altissi-  
ma turri præcipitatus & pro mortuo  
derelictus, gloria confessionis illu-  
stris postmodum quievit in Domino.

3. SS. Evvaldi Martyres fratres, Ori-  
gine Britanni, in Hollandiam ac VVest-  
phaliam religionis Christianæ gratia  
advenerunt. hi in sortitione provincia-  
rum Marchiam adepti, prope Tremo-  
niam martyrium consummarunt.

S. Gerardus Ab S. Maximianus Eps  
SS. Evvaldi MM. 3. Oct.



### Liberalitas

Nulli parvus est census cui magnus  
est animus, nec à mēsurā rei familie-  
ris pendet modus pietatis. Leo  
Protegat nos Dne B. Gerardi Ab  
S. Maximiani Eps :SS Evvaldorum  
intercessio, ut & Conversationis eius  
(eorum experiamur insignia & inter-  
cessionis percipiamus suffragia Per  
D. N. Iesum.

Orō pro Magistris Scholarum &

S. Franciscus. nouus cū S. Dominico  
Apostolus orbis Christiani, à Deo electus  
est ut præter ceterum iam ante Eccle-  
siæ præpositum, manum salutis homi-  
nū adinoueret. Is ut fecundissima ra-  
dix plurimos ex se ordines sacros, in-  
numerabiles vero progenit sanctos,  
inter quos tamen ipse, ut sol inter mi-  
nora lumina, æternum lucet. Obijt vir  
Sanctissimus A. 1226.

2. S. Perronius Legatus ab Imp. Theo-  
dosio Iun. missus Romam ad Cælesti-  
num PP. aduersus Nestoriū nouū hæ-  
reticum, Dei monitu Bononiensis  
diocesis episcopus ibi ille Arianorum reli-  
quias dissipauit, & SS. reliquias pluri-  
mas urbi suæ intulit: vitam ad exem-  
plar S. Martini & Iulij Vercellensis  
formans cū manichæis plurimū vixit.

3. S. Aurea Virgo claruit in Gallia  
circa A. 630. præfuit 300 Virginibus  
abstinentia, sanctitate & miraculis  
clara A. 650.

S. Franciscus Conf. S. Petronius Ep  
S. Aurea V 4 Oct.



Prudens pugna.

Dum parvus est hostis interfice, ut  
nequitia elidatur in semine. Hieron.

Deus qui Ecclesiam tuam B. Fran-  
cisci meritis fetu nouæ prolis ampli-  
ficas; tribue nobis ex eius & S Petroni  
& S. Aureæ, imitatione terrena despice-  
re & Cælestium donorum participa-  
tione gaudere Per D. N. Iesum

Ora pro Ordine S Francisci &

1. S. Palmatus Cos. Treuirorum Im-  
perante Diocletiano una cum socijs  
Coff. ac senatu iussu R. & iouari præ-  
tidis Galliarum ob Christi Confessio-  
nem enectus, extra portam Martis. ci-  
ues ad Confessionem animauit, Eo  
tempore Mosella Treuiros præterflu-  
ens ex corporibus marty ū in flumē  
deiectis ad multa passuū millia crue-  
tus fluxit.

2 S. Meinulphus Paderbōnēsis diæ-  
cesis clericus. iētus Christi voce: vul-  
pes foueas habēt, & volucres cæli ni-  
dos &c. & seipm̄ & sua Christo tradidit  
ad inhabitandū, de peculio eius Mo-  
nasterium Virginum, quod nunc Ca-  
nicorū est, extructū, viro sancto factū  
est mausolæum.

3 S. Flavia V. soror S. placidi M. cū 33  
Martyriū in Sicilia subij. S. Galla ve-  
ro V. dua, viro fu. defuncto, apud Ec-  
cl. h. m̄g Pet. multis añ s oration: ele-  
mosinis, ieiunijs alijsq. S. intendebat.



S. Palmatius & Socii MM S. Meinul-  
phus Conf. S Flau. V. & Galla vid. 50



Puritas mentis.

Deum nemo amittit, nisi deceptus,  
nemo querit nisi admonitus, nemo  
inuenit nisi purgatus. August.

Deus qui nos concedis, SSs MM  
tuorum Palmatij & sociorum eius,  
(S. Meinulphi C. SS. Flaviz & Galla)  
natalitia colere, da nobis in aeterna  
beatitudine ac eorum Societate gau-  
dere per D. N. Iesum

Ora pro extirpatione haeresum &

1. S. Bruno Colon. Eps Ottonis M.  
Imp. frater Colonia mirifice illustra-  
uit principatu eidem vnico. At magis  
cum ab eo nomen accepit SS Carthu-  
sianorum patriarcha, qui Coloniae  
natus studijs operam dedit Parisijs,  
ibidēq; miracul & horrore extremo-  
peifusus, una cū socijs aliquot deser-  
tum adijt Carthusia dictum, unde in-  
tegerimus ordo nomen & exēplar  
accepit obiit vir S. In Calabria A 1 01

2. S. Fides Virgo Agenni in Gallia  
excelsa animi fortitudine Christi Cō-  
fess. similis facta est grano cadēti in  
terram & morienti, mul. ūq; fructū af-  
ferenti. eius passione & exemplo ani-  
matus B Caprasius ad martyrū est  
animatus agonemq; suum feliciter  
consummavit.

3. S. Erotis M. secundum nominis  
sui ccy non amore Christi successa  
ignis incendia, fortiore intus ignis  
succensa superavit.

S. Bruno Cōf S Fides V. M. S. Erotis  
6 Octob.



Fuga sæculi

Nemo militans Deo implicat se sa-  
cularibus negotijs. Paulus.

S Brunonis Conf. tui (S. Fidei V. &  
M. S. Erotidis M. intercessionibus ad-  
iuuemur: ut qui Maiestatem tuam gra-  
uiter delinquendo offendimus eius  
meritis & precibus nostrorum delictor-  
um veniam consequamur. per D. N.  
Iesum &c.

Ora pro Ord. Carthusiano, &

1. S Geroldus M. Colonia Agrippi-  
nēsi ortus, loca sacra veneraturus  
b uic in hoc sancto opere deprehentū  
latrones peremerunt, iuxta Cremo-  
nam Italiae, sed Deus sanctimoniam  
eius confestim ostentis patefecit. per-  
durat etiam nume us insanandis agris  
gratia ab A: fere 1230.

2. S Maria de Victoria Festum est  
Sacratissimi Rosarij, apud PP. Prædi-  
catores celeberrimi, quod Gregorius  
XIII. ob victoriā a Turcis in mari aux-  
ilio D. V. hac die relatā Christianis  
Dominica prima Octob. quotannis  
celebrādum constituit.

3. S. Iustina V. Patavina, ex prædio  
suo rediens a militibus Maximiani  
septa de Rheda descendit oransq; sup.  
saxo, eidem genuū figuram, uti sigil-  
lum, impressit, animata miraculo,  
Martyrium subiit transfixa pectus.

B Geroldus M. S. Maria de Victoria  
S. Iustina V.M.



### Amor Dei.

In quo est amor Dei, semper cogitat,  
quando ad Deum perueniet & mundum  
derelinquet. August.

Præsta quæsumus Omnipotens Deus  
ut intercedente B Geroldo M tuo  
(S. Maria: S. Iustina) & cunctis aduer-  
sitatibus liberemur in corpore, & à  
pravis cogitationibus mundemur in  
mente Per D.N. Iesum &c.

Ora pro periclitantibus &c

S. Birgitta Vid. S. Pelagia pænit. S. Gif.  
leus G. s. Octob.



Oratio.

Apud Deum Oratione fulciatur  
operatio, & operatione oratio. Gre.  
Domine Deus noster, qui B Birgittæ  
per filium tuum Unigenitum secreta  
Cælestiarouelasti, ipsius (& S. Pelagiæ  
& S. Giffeni, pia intercessionem da no-  
bis in reuelatione sempiternæ gloriæ  
tuæ gaudere lætantes per D. N. Iesum  
Ora pro Viduis &

1. S. Birgitta Vidua è Sueciæ regno  
prîncipumq; sanguine orta, maritum  
prîncipem ad sacra .secû loca vitanda  
induxit, illo defuncto nō sepius idem  
curavit, ac Regulam ordini Saluatoris  
a se constituti conscripsit, diuino spi-  
ritu afflata, deniq; Romæ quieuit A  
corpus pridie huius diei in  
Sueciã translātū est.

2. S. Pelagia ut forma & Opū praes-  
tantia dementauerat multos ad inte-  
ritum, ita pænitens multos resuscitā-  
uit exēplo ad salutem. conuersio eius  
B. Nonni Epi lacrymis tribuitur, qui  
ea visa, à se tantis impendijs cælum  
desseuit nō emi, qāntis ab illa infernus

3. S. Gisleus Conf. Græcus in Mo-  
nasterio educatus lūmina S. Apostolo-  
rum deuotus adijt, diuinoq; iussa in  
Belgium perueniens multis una cum  
S. Amando Apostolico Spiritu fuit  
causa salutis obiit A. 660.

S. Dionysius Areop. S. Abraham Patr  
SS. Athanasia & Publica p O&



Fuga nimix curæ.

Nequaquam mens ad superna at-  
collitur si curarum tumultibus occu-  
patur. Gregor.

Deus qui B. Dionysium M tuum  
atque Pont. ( B. Abrahamum Patriar-  
cham: S Athanasiam & Publiam vir-  
tute constantiæ, roborasti: tribue no-  
bis quæsumus eorum imitatione pro  
amore tuo prospera mundi despiciere  
& nulla eius aduersa formidare pec-  
D N, Iesum. &c.

Ora pro Regnis Christianis &c.



1. S. Dionysius Areopagitta Athenis  
a S. Paulo ad ductus est ad finē Christi.  
Idem & Athenarū Eps ordinatus mul-  
ta Ecclesiæ proficua scripsit, & zelo  
fidei etiā in Gallias penetrauit, ubi de-  
niq; martyrio Corōatus caput āputa-  
tū sibi ad destinatæ quietis locū fertur  
prætulisse, Magnus Galliarum in cæ-  
lis patronus

2. B. Abrahā Patriarcha & pater fi-  
delium Magnus, re promissionē semi-  
nis, quod conculcasset caput serpētis,  
pro sua posteritate accepit præmium  
pietatis & obedientiæ in Deum. Ex eo  
gentes prodire, sed multo magis spi-  
ritū filij eius fideles, orbi uniuerso  
dominātes, decessit āre Chr annis 200

3. S. Arhanasia cōiunx S. Andronici  
Hierosolymis. S. Publica Antiochiæ  
cæteris fæminis præluxit exēplo pie-  
tatis, huic gloriæ Publica etiam Con-  
fessionis gloriam sub Iuliano verbo-  
rata adiecit.

S. Eulampius & Eulampia, S. Carboni  
us Eps, S. Gereon & Soc. MM. 10 Oct.



Patentia.

Martyres morte nascuntur, sine in-  
choant, occisione viuunt, & obscurae  
hic lucent in Caelis. Chrysol.

BB. Martyrum Eulampij & Eulam-  
pia, S. Gereonis ac sociorum, eius ac  
S. Carbonij Epi nos quaesumus Dae fe-  
sta tueantur & eorum Oratio commen-  
dei veneranda per D. N. Iesum

Ora pro concordia Christianorum &

1. S. Eulampius & Fulampia V. soror  
e us N. comedia floruerunt virtute &  
N. ayrio cum enim hæc audisset fra-  
t. e suū pro Christo torqueri, exiliens  
forti animo in mediam turbam, fra-  
trem M. amplexata est, & sociam ad-  
iunxit, itaque ambo in ollam feruētis  
olei iniecti, sed non læsi miraculo illo  
ducentos lucrifecerunt, qui omnes ca-  
pite truncati sunt.

2. S. Carbonius Episcop. Populoni-  
ensis a Totila Rege Vrso famelico  
obiectus illæsus mansit, itaque cū ho-  
nore à Rege est dimissus, & virtute  
miraculisque in populo suo viuens &  
mortuus refulsit.

3. S. Gereon pars Legionis Thebæ-  
orū, quæ apud Aganum iussa erat oc-  
cidi, quod gentilia sacra execraretur,  
Coloniam peruenit, ibiq; in castris a-  
te urbem cum 300 peremptus, patro-  
nus loci magnus euasit.

S. Gummarus Conf S Bruno Eps S Ze  
nais & Philonilla 11 Oct.



Memoria Pass. Christi.

Cruz in frontis tuæ munimine per  
seueret, pectori tuo appone diuina  
Scientiæ Sacramentum. Chrysol.

Deus qui nos B Gummati Conf  
tui ( S. Brunonis Epi: S. Zenaidis &  
Philonillæ) annua Solemnitate lztifi  
cas. concede propitius ut cuius natali  
tia colimus etiam actiones imitemur  
per D. N. Iesum &c

Ora pro Defunctis &c

1. S. Gummarus in sæculo & quidem  
infelici coniugio fectus. exemplar  
prudens & iusti mariti. nam querelas  
subditorum veritate fundatas emen-  
dabat reparatis damnis, nec a repre-  
hensione iniuste agentis abstinebat.  
Sicellum illi quietis asilum erat, & o-  
pera misericordie panis quotidianus  
obiit demum sancte A. 760.

2. S. Bruno Colon. Eps Imp filius &  
frater & patruus, fortissime admini-  
stravit inter Rhenum, scaldem & mo-  
sam protensum Lotharingie regnum  
prolata etiam in Gallias imperio qua  
occasione Germanie sue multa SS.  
Corpora atque sacra intulit, & Colo-  
niam mirifice illustriorem fecit, qui-  
esit in S. Pantaleonis monasterio  
quod instauravit, ex ponte Constan-  
tini magni.

3. Zenais & Philonilla sorores Tar-  
sim Sicilia S. Pauli discipulae & cōsā-  
guinea sanctitate effulserunt.

S. Maximilianus Eps S. VVilfridus  
S. Dominica M. 12 Oct.



### Mortificatio.

Deus fidem querit non mortem  
Votum non Sanguinem sinit, placatur  
voluntate non necesse. Chrysol.

Deus fidelium remunerator anima-  
rum præsta, ut B. Maximiliani Conf.  
qui atque Pont. (S. VVilfridi: S. Dom-  
ninae, cuius venerandam celebramus  
festiuitatem Precibus indulgentiam  
consequamur, per D. N. Iesum

Ora pro conuersioe hæreticorum &c.

1. S. Maximilianus Eps, Celeiæ in Pannonia ortus, à Gratiis lactatus à Musis educatus, à pietate promotus ad Laureacensem Cathedram, eam tempore Decianæ rabiei protexit, Martyrii tamen palmam quam in Cathedra non reperit in patria invenit, gladio peremptus.

2. S. VVilfridus Eboracensis in Anglia Eps, lite de sacris orta Romam contendit ad Ecclesiarum commune tribunal, in eo itinere tempestate rejectus ad Frisiæ littora, convertendi eam gentem præclara fecit initia, quæ à SS. Bonifacio, VVilibrordo &c. Apostolicis viris postea, fuerunt consummata.

3. S. Domnina in Lycia insignis femina illustris certamine Coronata est sub persecutione Maximiani.

S. Venantius Ab S Colmanu M. S. e  
lidonia V. 13 Oct.



### Obedientia.

Obsequium ratione calens est fer-  
vor, furor autem quod ratione non  
frænatur. Chrysol

Suscipe Dne preces nostras & mu-  
neraque ut tuo sint digna conspectu  
S. tui Conf Venantij ( S. Colmani M  
& Chelidoniae V ) precibus adiuuemur  
Per D. N. Jesum &c.

Ora pro Ecclesia, &



1. Venantius Ab. Turonis cum ad  
missam cantaretur oratio Dominica  
audiuit e sepulchro sonum dicentis  
cū clero sed libera nos à malo imple-  
to vitæ curriculo, miraculis quoq; ful-  
sit in sepulchro.

2. S. Colmanus Scotus e regio sang-  
uine iuuenis, Christi exemplo pere-  
gre abiit Ierosolimam petens, in iti-  
nere pro proditore captus, tortus &  
suspensus ex arida arbore. post mortē  
causam suam mundo Iudice egit. Ar-  
bor enim reffloruit, ipse sesqui annum  
pendens non solum incorruptus mā-  
lit, sed & auctior factus, stupore & ve-  
neratione Austriam impleuit.

3. S. Chelidonia V. in Veltinis nata  
ab infantia monasticam vitam ambi-  
ens apud sublacum in solitudine  
secessit, ubi cautes ei pro lecto, funis  
pro zona, oratio pro labore, & ieiunia  
tuere refectio. obiit demum Sexage-  
maria A. 1152,

S. Callistus PP. S. Burchardus Eps.  
S. Fortunata V. M., 14 Oct.



### Gratitudo

Pleſſendus eſt omnino debitor, qui  
dilectione ſola ſua negligit redime-  
re cautionem Chryſoſt.

Deus qui nos conſpicis ex noſtra in-  
firmitate deficere, ad amorem tuum  
nos miſericorditer per ſſ. tuorum  
S. Calliſtippa (S. Burchardi; S. Fortuna-  
ta V. & M. tuæ) exempla reſtaura per  
D. N. Ieſum

Ora pro Papa &

1. S. Callistus Romanus pp. Antonino Heliogabalo Imp. rexit Ecclesiã Is quatuor temporũ ieiuniũ ex Apostolica traditione acceptum, literis sanciuit celeberrimũq; illud Callisti Via Appia cæmiteriũ fecit. circa A 225.

2. S. Burchardus Eps. I. Herbibolēsis, puer Schol. s applicatus nullis sese puerilibus actibus inseruit, adultus nudus nudũ Christũ sequens se S. Bonifacio Apostolo Germaniæ iunxit, à quo ordinatus Eps. SS. Kiliani & sociorum eius MM. Corpora elevauit. Obijt circa A 791.

3. S. Fortunata V & M. Neapoli culta, ex Cæsarea Palestina per nautas admonitos inuisu aduecta est, ubi igne, nuditate, equuleo, ferra. bæiys probata, per gladium sub Diocletiano cælum promeruit.

S. Tereſia V. S. Hedvviſis Duciſſe  
SS. Mauri MM. 15. Oct.



Charitas.

In Caritate etiam pauper est dives,  
ſine Caritate omnis dives eſt pauper.  
Auguſt.

Annue nobis quaſumus Dne, &  
interceſſione B. Tereſia V. B. Hed-  
vviſis: SS. Maurorum MM. Tuorum  
nobis fiat Salutaris oblatio Chriſti,  
quem immolando, totius mundi re-  
buiſti delicta relaxari, per eundem B.  
NI &c

Ora pro Ordine Carmelitano &

1 S. Tereſia V. Hiſpana inſtitutum  
B. M. V. de monte Carmelo dictum a-  
plexa, Diuino ſpiritu vberius afflata  
& Confefſariorum monitis directa in-  
ſtitutum id, quaſi altera legum latrix  
ſeu Fundatrix, reformauit. ut mirari  
liceat qui fæmina tantum potuerit, &  
Sps S. gratiæ ſuæ dona eius ſexui cap-  
tuiq; accõmodarit. obiit Sanctiſſime  
1582.

2. S Hedvvigis Duciffa Poloniæ ex  
Tirolenſium Comitũ ſtirpe pauperes  
plures quam cuſtodes ad fores ſuas a-  
luit, indies XIII eorum menſæ in SS.  
Apoſtolorum memoriam adhibens.  
B. M. V. ſingulariter deuota inter SS.  
Virgines poſt cum adducta eſt in cæ-  
lum A 1243.

3. SS CCC. MM. Colonia duce  
S Gregorio in tempeſtate furoris  
Diocletiani ſanguinẽ pro Chriſto  
fuderunt conditi cum S. Gereone.

1. S. Gallus Abbas, discipulus S. Colum-  
bani, virtutum eiusdem æmulus,  
deserta Hibernia patria cum eodem  
Luxouium condidit. inde expulsus in  
Heluetijs celebrē suo nomine cellam  
nunc urbem effecit. Visus illi hodieq;  
in signe est, quod vir S. eo loco visū po-  
pularorem pauperis horri. ita obsequē-  
tem fecit, ut ligna religiosæ domui cō-  
portaret. Obijt vir Sanctissimus A. 640

2. S. Mummolenus. Constantiæ in  
Heluetijs ortus, in Burgundia Mona-  
sterio Luxouio institutus, vna cum so-  
cijs Bartino & Barrianto Galliam per-  
agrabat diuina dogmata spargendo. O-  
dor vitæ & doctrinæ eum confestim in  
aulam Clotharij & Episcopatum Tor-  
naci euocauit. Obijt circa A. 690

3. S. maxima V. & M. sub Geiserico  
Vandal. Rege post multa tormenta  
relegata exilio, multos cum socijs exuli-  
bus ad Christi fidem adduxit inter Vir-

S. Gallus Ab. S. Mumolenus Epa.  
S. Maxima V. M. 16 Oct.



*Contritio*

Quia à regione nostra superbiendo  
discessimus, necesse est, ut ad eam flen-  
do redeamus Gregor.

Adesto Dne. supplicationibus nostris  
quas in B. Galli Conf. tui (S. Mumole-  
ni: S. Maximæ. solemnitate deferimus  
ut qui nostræ Iustitiæ fiduciam non ha-  
bemus, eius qui tibi placuit precibus  
adiuemur. per D N. Iesum. &c.

Ora pro infirmis, &

1. S. Andreas Monachus e Creta Con-  
stantinopolim venit, ut aduersus ima-  
ginum sacrarum persecutorem Copio-  
nymum certaret, quod præclare præ-  
stitit, ex alto loco inclamans, Imp. &  
Populo ait: Maiorū ob res pro patria  
gestas imagines tenemus, & Diuorum  
Deique Imagines auersabimur; Te, qui  
superos de gradu deturbare conaris,  
ipsi deturbabunt. Hoc dictum mortem  
beato concionatori attulit in terris,  
gloriam in cælis.

2. S. Lullus, ex Anglia ad S. Bonifaci-  
um German. Apollolum profectus,  
eiusdem socius effectus, in Episcopa-  
tu Moguntino successit, Herfeldensis  
monasterij author. 60 post mortem  
suam annis incorruptus est repertus.

3. S. Mamertain Perside angelico mo-  
nitu ad fidem conuersus, à gentilibus  
lapidata est, & in profundum lacum  
demersa.



S. Andreas Mon. S Lullus & Eps.  
S. Ma, melta. M. 17. O. &.



*Contemptus mundi.*

Ne mo potest gaudere cum hoc sa-  
culo & illic regnare cum Deo. August.  
Adesto. Dne supplicationibus nost-  
ris, ut qui ex iniquitate nostra rec-  
nos esse cognoscimus B. Andreæ Con-  
tuiti (S Lulli Epi; S. Mameltæ M.) inter-  
cessione liberemur Per D. N. Iesum  
Ch. &c.

Ora pro peregrinantibus, &c

1. S. Lucas discipulus Dni, B. M. V. familiarissimus scriptor, una cum Cleopha creditur Emmauntem contendens in via colloquentem, & domi cœnantem post resurrectionem vidisse Dominum. Secuto tempore S. Paulo comes inhæsit, ut Marcus Petro & præter Evangelium Acta Apostolorum calamo B. V. penicillo depinxit. Obiit A. Doni 90, fere; cujus ossa sub Constantino Constantinopolim allata sunt.

2 S. Tryphonia Augusta Decii Cæs. uxor, post S. Laurentii martyrium divinitus illustrata, accessit ad Christum instruente Iustino presbytero Romano, à quo una cū Cyrilla filia baptizata septimo die inter preces & opera pia decessit.

3. S. Iustus frarem suum Iustinianum Ambiani è servitute exemit; mox quæsitus à persecutoribus, pro occultato patre ac fratre peremptus, est

S. Lucas Euang. S. Tryphonia Imp. S. Iustus M. 18 Oct.



*Fuga loquacitatis*

Qui loquax est nondum seipsum. Oporteret, agnouit Climacus Interueniat pro nobis, quæsumus Dne. S. tuus Lucas Euang (S. Tryphonia MS. Iustus.) qui (quæ) crucis mortificationem iugiter in suo corpore portauit Per D. N. Jesum &c Ora pro Conuersione gentilium &c

1. S. Ethbinns Abbas è nobili Scoto una cum Winvaloco pietatis Socio in leproli persona amanter tractata cunctorum Dominum se excepisse deprehendit. Accessit ad caritatem humilitas, nam alter alterius meritis miraculum imputavit.

2. S. Varus in Aegypto miles præclarus, cum septem geminos martyres invisit, unumque ex his præpropere defunctum vidit, in demortui locum se ingessit, in quo ingentia edidit fortitudinis argumenta, contra equuleum scorpiones, & plumbatas, demum ei venter disfectus est. Corpus ejus nobilis matrona Cleopatra in Palæstinam avexit, & templo honoravit.

3. S. Pelagia V. Antiochiæ una cum Beronico & aliis 49. Martyrii palmam assecuta est.

S. Ethbinus Ab. S. Varus M. S.  
Pelagia V. M. 19. O. &.



*Amor Dei.*

Amorem illius qui amore  
amoris descendit in uterum Virginis.  
August.

Deus qui nos B. Ethbini Conf. qui  
(S. Vari M S Pelagia V. & M) solenni-  
tate lætificas: concede propitius, ut  
cuius natalitia colimus, etiam actiones  
imitemur Per D N. Jesum &c

Ora pro augmento Caritatis &c

1. S. Fides V. Agenni in Gallijs, sub  
extrema persecutione ita fortis apparu-  
it, ut carnificibus cunctis in lasitudine  
datis, in craticulam abiecta de lento  
quoq; igne triumpharit.

2. S. Caprasius metu persecutionis,  
vel pietatis studio, latens in specu. cum  
agones B. V. Fidei prædictos audisset,  
zelo accensus diuino sese immolarum  
itabat animo. atq; ut arduum opus pru-  
denti pede aggredereur, orauit Dom,   
ut si ei placeret in infirmitatis suæ con-  
scientia, gloriam roboris sui mundo os-  
tendere, similima virtute de petra spe-  
cus suæ fontem. sineret distillare. Id ubi  
factum est, ad stadium ocyus venit, vi-  
dit, vicit.

3 S. Irene Virgo in Lusitania, passa  
est ob pudicitiam tuendam A. Domini  
653, æternāq; pacem in conscientia pa-  
ce inuenit.

S. Fides V. M. S. Caprasius M. S. I  
Irene V. M. 20 Oct.



*Silentium*

periclitatur castitas in delicijs, h  
militas in diuitijs, pietas in negotijs  
Veritas in multiloquio. Bern.

Preces tibi Dnc B. Fidei V. & M. t  
(S. Caprasij M. SS. Irenes. M) dicatas  
meritis benignus assume, & ad perpe  
tuum nobis tribue prouenire subsidia  
per D. N. Jesum &c.

Ora pro Agonizantibus &c

1. S. Ursula reguli Christiani in Bri-  
tanniis filia, ab infideli spōso petita, &  
ipsum & XL. millia VV. Christo adjuu-  
xit nam ad nuptiarum solennia impetratas  
classe ad rheni ostiū Navale nunc VVa-  
halim, trajecit Angelorū ope, & Rhe-  
num ascendens Romam ad limina SS.  
Apostolorum circumduxit, rediensq;  
Coloniam sub urbis conspectu, ad por-  
tū ejus, à Maximini Tyranni militia ur-  
bem senatui populoq; Rom. fidelem op-  
pugnante, pro fide & pudicitia inter-  
empta est. A. Dni, juxta Eusebii calculū

2. S. Hilariō sub S. Antonij disciplina  
Sanctissimus factus Anachoreta corpus  
suum ut a sellum tractabat, vocabatq;  
cum ita vixisset 70 annos, moriturus  
aiebat: quid times egredi anima? LXX  
annos Christo meres, & mori times;

3. S. Malchus eremita in captiuitate  
compulsus ad nuptias, castitatē cū spō-  
sa coluit, & fuga demum elapsus in spe-  
cū seeremo, illā Virginibus addixit, ..



S. Vrsula V. M. S. Hilarion Ab. S. Malchus Conf. 21 Q&.



*Salutare odium sui*

Hæc est pugna periculosa, & hæc  
gloriosa victoria, qui poterit odire  
quod amat, & amare quod odit. Aug.

Da nobis, quaesumus Dne SS. Virg.  
& MM. Vrsulae & sociorum (S. Hilarionis:  
S. Malchi) palmas incessabili deuotione  
venerari. & earum (eius) supplicatione  
muniri Per D. N. Iesum &  
Oro pro Virginibus &

1. S. Maria Solome, una cum alijs pijs  
fæminis & matre Domini, sese Chri-  
sti in terris obsequio adiunxit. Eundẽ  
crucifixum mortuumq; unctura pro-  
cessit, sed resurrexisse deprehendens,  
vitam reliquam cæpto semel deuotio-  
nis instituto consummauit Hierosol.

2. S. Albercius Hi. rapoleos in Phry-  
gia Eps, celeberrima autoritate vir,  
claruit temporibus marci & Lucij fra-  
trum Imperatorum. Extat etiamnum  
eius epistola ad Imp. Marcum, quæ A-  
postolicum eius spiritum legentibus  
manifestat.

3. S. Cordula V. ultima de sodalicio  
S. Ursulæ supplicio affecta, nempe po-  
stridie Vniuersalis martyrij; nam cum  
cæteræ promiscue sternerentur, ipsa se  
nauis latebris continuit sed melius  
docta per noctis tenebras, se ipsam car-  
nificibus obtulit ad similem sodalium  
mortem.

S: Maria Salomone S. Albericius  
S. Cordula, V. M, 28. O &.



*Cognitio sua.*

Venale est regnum Dei, eme si vis  
Tantum valet, quantum habes, noli  
quæ rere quid habeas, sed qualis sis. An-  
Sulcipe. Dne preces nostras quas  
in B. Mariæ Salomes ( S. Alberici S.  
Cordulæ ) solemnitate deferimus, et  
ius nos confidimus patrociniolibere  
ri. Per D. N. Iesum &c.

Ora pro benefactoribus tuis, &c

1. S. Severinus Eps Colon, Aquitanus  
gente, post Eufratam (qui ante integer  
fidei Catholicæ professor, nuper ad  
Arianorum partes dolis & metu tran-  
sierat) in throno Ecclesiæ illius, suffra-  
gante Concilio Galliarum & Germa-  
niæ Vtriusque Episcoporum Agrippi-  
næ celebrato, sub magnentij Catholicis  
fauentis imperio consedit. S. Martini  
obitū, nocte Dōnica, sacra loca obiens  
cognouit / à barbaris urbem & provin-  
ciam vastantibus expulsus Burdegalæ  
Obijt. Ossa Coloniā relata, crebris  
miraculis claruerunt.

2. S. Ignatius Eps Constantinopoli-  
tanus integerrimus, cum Bardam Cæ-  
sarem ob repudiatam vxorem argueret  
ab eo multis iniurijs laceratus, & in ex-  
ilium pulsus à Nicolao Pont. Rom  
restitutus est, & in pace quieuit

3. S. Oda S. Vidua • Huberti Leod.  
Episcognata pietate sub eo floruit A.  
710.

S. Severinus Eps. S. Ignatius Eps.  
S. Oda Vid. 23. Oct.




*Studium perfectionis.*

Ille Deum esse perfecte non credit  
qui facit praesente eo quae coram ho-  
minibus facere timet, Chrysost

Deus qui nos concedis S. Severini  
Con atq; Pont. (B. Ignatii Epi: S. Odae  
Viduae) natalitia colere da nobis in  
terna beatitudine de eiusdem solemnitate  
gaudere Per D. N. Iesum &c.

Ora pro aegris. &c.

S. Maglorius Eps S. Sebastiana V. M.  
S. Christiana M. 24 Oct.



*Gratitudo.*

Si Deo totum me debeo! pro me  
facto quid addam pro iam refectione  
Bern.

Accepta sit in conspectu tuo Domine  
nostra devotio & B. Maglorij (S. Sebastiana)  
S. Christiana) fiat supplicatio  
salutans pro cuius solemnitate defec-  
tur Per D. N. D. Jesum

Oro pro pastoribus animarum,

*Oratio a Thiel*

1. S. Maglorius eps in minore Britā-  
via Dolanæ ciuitatis, Angeli monitu  
eremiticum institutum amplexus, eius-  
dem indicio sese ad mortem parans, ab  
eodem Sacrosancta mysteria nocte  
paschali recipere meruit. assiduus illi  
erat sermo hic. Vnam petij à Dno, hanc  
requiram, ut inhabitem in Domo Dni  
omnibus diebus vitæ meæ. floruit A.  
630.

2. S. Sebastiana V. a S. Paulo Aplo  
baptizata Domitiano Imp. Martyrium  
consummauit, abscissione capitis

3 S. Christiana femina virilis in  
Christi causa animi, duarum filiarum  
sanguine osculata, suum admiscuit iul-  
su Tyranni dunani ad ignem damna-  
ta, pro qua dum quinqueennis puer sup-  
plicat, nec se audiri nisi deficiendo à  
Christo sentiens, ignes cum matre ele-  
git.

SS. Chysanthus & Daria (SS Crispinus  
& Crispinianus S. Gaudentius Epus & C.



*Patientia.*

Vera patientia est pati vel agere contra quod libeat sed non contra quod liceat Bern.

BB MM tuorum Dne Chysanthi &  
Dariae (SS. Crispini & Crispiniani &  
Gaudentij) quaesumus adsit nobis oratio,  
& eorum (eius fidele experiamur  
suffragium Per D N Iesum

Ora pro iter facientibus &



1. S. Chrysanthus lectione libri euangeli-  
geliorum ad fidem conuersus, à patre  
Polemio ad defectionē impulsus, plu-  
res Christo etiam adiunxit, in his Da-  
riam V. & forma & literis cultissimam,  
cum qua casto iunctus vinculo ille iu-  
uenes, illa Virgines lucrifecit, donec  
Numeriani Imp iussu in arenariodepo-  
siti viuentes terra & lapidibus obruti-  
fuerunt.

2. SS. Crispinus & Crispinianus no-  
biles Romani, suessione in Gallijs plu-  
rimos Christo labore manuum, verbo  
& exemplo lucrifacientes, in persecu-  
tione Diocletiani, sub Rictiouaro præ-  
sede post immania tormenta gladio  
trucidati. sutoriam profitētibus passim  
in præcipuosunt honore, ut patroni.

3. S. Gaudentius eps Brixienfis de-  
functoS. Philastrio, inuitus ac obnitens  
in eius locum opera S. Ambrosij Me-  
diolan, epi. est constitutus. Is erudicio-  
ne & sanctitate conspicuus præfuit

S. Euaristus PP. S. Demetrius M.  
S. Afræ conuersio 29 Oct.



*Studium*

Hæc est uera pax à Dei voluntate  
non diuidi, & in eis quæ solius sunt  
Dei delectari. Leo.

Infirmi-  
tatem nostram respice Om-  
nipotens Deus & quia pondus pro-  
pria actionis grauat B. Euaristi M. tui  
atque Pont. B. Demetrii M. B. Afræ  
penitentis) intercessio gloriosa nos  
protegat per D. N. Jesum Chr:

ora pro reductione hæreticorum &

1. S. suaristus Papa & M. quintus post  
S. Petrum ecclesie Christi rector, tem-  
poribus Adriani eandem sanguine suo  
purpuravit.

2. Demetrius Thessalonica ortus per  
omnes nobilium studiorum ac officio-  
rum gradus ascendens ad proconsulare  
Imperium, Christi confessione multo  
ampliolem assecutus est dignitatem.  
nam sub Maximiano Imp. infideles  
Christo adiungens lanceis est transver-  
beratus. Sanguis eius qui in chlamy-  
dem fuerat respersus, virtutem ei con-  
tulit ægros sanandi: & Lupus servus  
cum Dei sui sanguine annulum ut gem-  
ma ornasset, eandem illi vim impetrauit.

3. Conuersio S. Afræ M. Augustæ  
Vindelicorū celebris contigit imperā-  
te Diocletiano, cum S. Narcissus Gerū-  
dæ eps istuc adueniens cū clero, hospi-  
tio est acceptus, & verbi vitæq; virtute  
hospitam cum matre & ancillis Chri-  
sto lucrifecit.

S. Frumentius Eps. S. Elesbaan Rex  
SS. Sabina & Christeta 27. Oct.



*Mansuetudo*

Mites & humiles corde plus cogitando & orando proficiunt quam legendo. Augustinus,

Da quæsumus Dne Deus noster, ut sicut B. Frumentij Epi (S. Elesbaan R. SS Sabina & Christeta) commemoratione, temporali gratulamur officio ita perpetuo latemur aspectu per. D. N Iesum &c.

Ora pro prælatis Ecclesie &c

1. S. Eusebius Eps, p̄m̄ in India captivus p̄tinacius, captivitatis suae p̄m̄ium Dominis suis retulit libertatem à peccatis per gratiam Salvatoris. siquidem Eps consecratus à S. Athanasio. Euangelium in provincia illa propagavit.

2. S. Elebaan Rex Aethiopiae Christianus bellum gerens aduersus Dunanum Iudaicae superstitionis regem, sua su Eremitae SS. Martyrum auxiliares copias imploravit, & tesseram militarem D. Gabrielem dixit, & vicit Tyrannum. Potro Elebaan Victor coronam Ierosolymas misit offerendam Deo, ipse sese in Eremum abdicato saeculo abdens, alterum meruit de mundo inferisq; triumphum, temporibus Iustini Imper.

3. SS. Sabina & Christera primum equuleo distenta sunt, ita ut cōpages membrorum laxarentur, demum lapides inter & vectes capita contusa.

SS. Simon & Iudas. Apost. S. Ananias  
V.M.S. Faro Ep. 28 Oct.



*Caritas proximi.*

Minus, Dne te amat qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat.  
August.

Deus qui per B. Apostolos tuos Simonem & Iudam ad agnitionem nominis tui venire tribuisti da nobis eorum gloriam tēpiternam & proficere per D N. Jesum

Ora pro Imperatore &

1. SS. Simon & Judas collegæ in A-  
postolatu, in Persidem simul ingressi,  
cum ante Simon in Aegypto, Judas  
in Mesopotania Christi fidem plan-  
tasset. ibidem Martyrio consummati  
sunt.

2. S. Anastasia Senior V. Romana in  
persecutione Valeriani sub Probo  
profecto vinculis constricta colaphis  
cæsa, igne & verberibus cruciata, cum  
in confessione Christi immobilis per-  
maneret, abscissis mamillis, evulsis  
unguibus, dentibus comminutis, ma-  
nibus pedibusque præcis, truncata  
capite tot passionum monilibus orna-  
ta pervenit ad sponsum.

3. S. Faro nobilissimus Burgundus  
aulam Regiam suavisu sororis suæ S. Fa-  
ræ, unaque sæculum, uxoremque reli-  
quit. Illa se Virginibus, hic se viris  
sanctis adjunxit.

S. Narcissus Eps. S. Noitburgis. V.  
S. Anna. Vid. 29 Oct.



*Preparatio ad mortem.*

Quam felix & prudens, qui talis nunc  
nititur esse in uita, qualis optat inue-  
niri in morte Kempis.

Præsta quæsumus Omnipotens Deus  
ut qui B. Narcissi Conf, tui atque pon-  
(S. Noitburgis V. S. Annæ) natalitia  
Colimus, eius intercessione in tui no-  
minis amore roboremur per D. N. J. & C.  
Ora pro captiuis, &



1. S. Narcissus Diocletiano. perse-  
quente Gerundæ in Hisp. Eps, Augu-  
stam Vindelicorum, eum clericis suis  
pervenit exceptusque Hospitio Afræ  
tunc peccatricis, brevi pænitentem  
effecit. Ita suos odores etiam spargunt  
Christi flores in vitam.

2. B. Noitburgis filia fuit Pipini &  
Plectrudis Austrasiæ ducum; postquã  
mater eius thalamo Pipini illicitè est  
exclusa, cæpit cum matre sæculũ fal-  
lax contemnere, cælestia amare. Ergo  
Colonix Palatio ducũ Austrasiæ, imo  
Regum, in B. M. Capitoline Collegiũ  
mutato, ibi ætatẽ pie divixerunt, post  
mortem apud Virginis exuvias binæ  
faces divinitus fulserunt, & tẽplum  
ei conditum est, corpus confluentiam  
ad montẽ Carthusianorũ translaturũ.

3. B. Anna Vid. Constantinopolitana  
cito viro & prole carens in Mona-  
sterium secedẽs ad miraculorũ glo-  
riã pervenit.

SS: Zenobius & Zenobia. S. Ermele-  
dis V. S. Lucanus M. 30 Oct.



*Castitas*

Immola ieiunium, ut cesset voracitas; sacrificia castitatem, ut moriatur libido. Chrysol.

SS. Zenobij & Zenobiae (S. Ermele-  
lendis V. S. Lucani M.) quaesumus Dne  
Supplicatione placatus & veniam no-  
bis tribue, & remedia sempiterna con-  
cede per D. N. Iesum Chr. &c.

Ora pro Catechistis &c

1. S. Zenobius, mox ut hereditatem  
paternam adiit, sua pauperibus erogavit  
& agris. Præmium in præsentem tunc  
illi, donum curandi agros, vel solo tactu.  
Itaque à popularibus ad Episcopatum  
tractus, eam dignitatem palma martyrii  
exornavit. S. Zenobia soror prædicti  
M. cum is sub Diocletiano Imp à Lyfia  
Præside sævissime torqueretur, unde  
fœmina metum conciperet, ipsa animos  
capiens, fratri se sociam in equuleum  
&c tormenta adjunxit. Ergo jussu  
Lyfiæ in ferreum lectum cojecti rore  
de cœlo irrigati sunt, & voce æternam  
beatitudinem spondentium animati  
caput demum secuti subjecerunt.

2. S. Ermelendis V. à proposito castitatis  
avocabatur per nobiles procos; sed non  
audiit, fugit, latuit angelo suo duce,  
et aureolam virginittatis promeruit.

3. S. Lucanus M. Parisiis celebratur.

S. Quintinus M. S. VVo Isgangus Ep  
S. Lucilla V. M. 31 Oct.



*Renouatio Spiritus.*

Si omnia tibi, Homo, sua ex morte re-  
uiuiscunt, cur tu Deo tua ex morte non  
reuiviscas. Chrysol.

Præsta qua sumus, Omnipotens De-  
us, ut qui B. Quintini M. tui (S. VVo I-  
gangi Epi: S. Lucillæ v. &) natalitia co-  
limus, intercessionem eius ad æterna  
gaudia peruenire mereamur per D. N.  
Iesum &c.

Ora pro Confessarijs, &

1. S. Quintinus civis Romanus Sena-  
torij, ordinis, Augustæ Veromanduorū  
in Gallijs, sub Maximiano Imp. Marty-  
rio gloriose decessit. eius corpus post  
annos 55 reuelante Angelo inuentum  
est incorruptum & vrbi apud quam pas-  
sus est nomen suum impertiuit.

2. S. VVolfgangus stellæ emblemæ  
matri parituræ adumbratus est. sane  
Bauariam universam illustrauit sua vi-  
ta & doctrina. etsi enim latere voluit  
nobilis adolescens in Herciniæ saltibus,  
in lucem tamen & ad Episcopatum Ra-  
tisbonensem est protractus, tã Virgi-  
num Monasteria sua cura fouit, quam  
sollicite Imp. Henricum Ecclesiæ uti-  
lissimum educauit, eiq; post sex nempe  
an Imp, despōdit, cum ille primum sex  
dies, tum sex menses, deniq; annos in  
præparatione ad mortem posuisset.

3. S. Lucilla V. cum Nemesio diaco-  
no, patre suo, cum à Christo deflecti  
nequiret, sub Valerião capite plexa fuit.

Omnia SS. Veneranda memoria  
quidem cum ipsis Ecclesie Christi  
primordijs cæpit. celebrari, cum in ipso  
Sacrificio eorum commemorati-  
onem faciendam tradiderint Aposto-  
li; ut tamen uno aliquo die Christi  
fideles eorundem solemnitatem pera-  
gerent devotius, quo præteritorum  
temporum in cultu SS. admittas cul-  
pas diluerent, recentius est, & esse li-  
cet, institutum. Siquidem A. Dni 609.  
Bonifacius IV. Papa Romæ hujus so-  
lemnitatis vel author vel propagator  
singularius extitit, quando Pantheon  
olim omnium Deorum templum, di-  
dum vacuum omni cultu profano, B.  
M. V. & SS. martyribus hac die dedica-  
vit, ac 28. currus SS. Sacris ossibus o-  
natos splendidissima pompa loco in-  
duxit. Prædecessoris sui vestigia secu-  
tus Gregorius IV. orbi universo mo-  
rem sanctum A. 830. injunxit.

Festum omnium Sanctorum. Dedicatio  
B. M. V. Maior. 1. Nov.



*Imitatio Sanctorum*

Qui Sanctorum merita admiratur  
mirabilis ipsemet vitæ sanctitate recedat  
datur Chrysost.

Omnipotens sempiternus Deus, qui  
nos orantium Sanctorum tuorum me-  
rita sub una tribuisti celebritate vene-  
rari quaesumus ut desideratam nobis  
tuæ propitiationis abundantiam mul-  
tiplicatis intercessoribus largiaris. pe-  
D. N. Iesum &c.

Ora pro Ecclesia Cathol. &c.

1. B. Maria Ancilla cōditione, uti  
Deipara volūtaria professione, Chri-  
stianæ fidei strenua assertrix sub Ha-  
driano Imp. accusata ob fidē in Chri-  
stum, diris verberibus afflicta exten-  
sione equulei, & unguularum lacera-  
tione vexata martyrium gloriose  
consummavit.

2. S. Marcellus Parisius Eps vigo-  
ris ecclesiastici districtus rector sub-  
ditorū unū communionē indignum,  
inter communicantes sese ingerentē  
& obrigescentem vi divina ad pæniten-  
tiam induxit, & mox eodem spiritu  
mitis absolvit & à culpa & pæna.

3. S. Cæsarius Diaconus culeo una  
cum aliis insutus in mare est demer-  
sus. Iudex iniquæ sententiæ, uti mar-  
tyr prædixerat, eodem die à serpente  
involante ictus interiit.



S. Maria ancilla M. S. Marcellus Eps  
S. Casarius & Iuliana M. 1. Nov.



*Studium Virtutis.*

Vis seire quales Dns quærat ornatus  
habeto prudentiam, iustitiam. Tem-  
perantiam. fortitudinem, his celo in-  
ueheris. Hieron.

Deus famularū famulorumq; tuarū  
tudo, concede propitius, ut Sancto-  
rum Mariæ, Marcelli & Casarij Iu-  
lianæq; intercessione confirmetur  
Per D. N. Iesum &c.

Ora pro fidelibus defunctis &c

Omniū Fidelium animarū nempe  
in Christi fide, spe & Caritate defun-  
ctarum memoria, ab initio nascentis,  
Ecclesiæ viguit tum in Missæ sacri-  
ficio, tum in aliis divinis qua publicis  
qua privatis officiis. quod autem se-  
cunda die Novēbris speciatim ea cele-  
bretur solennius, recentius est insti-  
tutum, nempe circa A. 998. pie intro-  
duci cæptum. Neq; vero derogat vetus  
stati cæremonix Ecclesiasticæ, si ei  
nova solēnitas adhibeatur. Alioquin  
sane jam tum in umbra & obscuritate  
veteris Testamenti clara fuit ea cog-  
nitio, quæ nunc in Catholica perseve-  
rat Ecclesia; nempe sanctam & salu-  
brem esse cogitationem, pro defun-  
ctis exorare, ut ea peccatis suis exsol-  
vantur, quam orationem ad altare etis-  
am pro se fieri mater Divi Augustini  
jam jam moritura rogavit, & impe-  
travit.

Commemoratio omnium Fidelium  
Animarum .2. Nov.



*Meditatio mortis.*

Mortuum quoties quis viderit toties se morti gemit destinatum. Chrysol.  
Fidelium Deus, omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularūq; tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiā quam semper optauerunt; pijs supplicationibus consequantur. Per. D. N. Iesum &c.  
Ora pro defunctis, &

1. Valentini nomen pluribus SS. est commune etiam eodē die celebratorum nimirum unus Salerni Eps fuit, alius presbyter & martyr Viterbij celebris. Prior horum fidelis & fortis fuit defensor veritatis in schismate per Laurentium adversus Symmachum Papam excitato, posterior vero in flumen præcipitatus est, & ab angelo ereptus.

2. S. Wenefrida V. in Anglia clara, eo quod Deo virginitatem suam devovisset insidiis impetita, abscissione capitis martyrii palmam gloriæ Virginali adjecit. evenit in ipso martyrio miraculi hoc, quod caput S, abscissum de monte ad facellum decurrit, & fons in loco martyrii erupit.

3. B. Sylvia mater fuit S Gregorii Magni, quæ quanti apud Deum fuerit meriti, velex filii sanctitate agnoscas licet.

S. Valentinus Eps M. S. V Venefrida V.  
S. Siluia Marrona 3 Nov.



*Misericordia.*

Homo commilita hic pauperi, si vis  
in caelis regnare cum Christo. Chrisol.  
Da quaesumus Omnipotens Deus, ut  
B. Valentini (S. V Venefridae: S. Silviae)  
veneranda solemnitas & deuotionem  
nobis augeat & salutem Per D. N. I. &c  
Ora pro pauperibus &

1. B. Carolus Borromæus perfectum  
speculum Ecclestici viri ac prælati A.  
1584. decessit, Cardinalis & Aeps Me-  
diolanensis In eum hodieq; veluti ex-  
emplar intēduat Episcopi religiosio-  
res, quibus ita præluxit verbis, factis  
& gratiis divinis, ut non facile videa-  
tur superandus,

2. S. Eimericus filius B. Stephani Un-  
garorū Regis horas divinus recitare  
solitus post psalmum quemque terræ  
osculum humile infigebat, eoq; perfe-  
ctionis devenit ut sponsam suā ad Vir-  
ginitatis propositum secum tenendū  
induxerit. placuit Deo virtus, & eā ad  
defuncti sepulchrū multis miraculis  
claram fecit. inter ea est, quod pæni-  
tentis peregrini catenæ ac thorax ferro-  
reus pænitentiæ causa suscepta, apud  
eius sepulchrum oranti dissiliit.

3. S. Modesta Treviris A. 680. pieta-  
te eximia illuxit.

S. Carolus Borromeus S Eimerici  
Conf. S. Modesta. V. 4. Nev.



*Caritas proximi.*

Oportet Deum diligere prius, ut in Deo  
diligere possit & proximus. Bern.  
Ecclesiam tuam Dne, S. Caroli (S Eimerici: S Modesta) continua protecti-  
one custodiatur sicut illum (illam) de-  
vota sollicitudo glorificavit: ira nos  
eius intercessio in tuo semper faciat  
amore ferventes Per. D. N. Iesum &c  
Ora pro praelatis Ecclesia &c

1. B. Zacharias pater S. Ioannis Bapti-  
sta, propheta & Sacerdos tã Angeli sibi  
apparentis visione, quam cantici novi  
compositione celebris, à quibusdam  
etiã creditur martyrio consummatus  
esse. Certe vir fuit, qui cum conjugē  
sua incedebat in omnibus mundatis  
& Iustificationibus coram homini-  
bus & Deo.

2. B. Elisabeth uxore eius & cogna-  
ta B. Mariæ V. utroq; titulo felix, sed  
magis posteriore. quo & ipsa augmen-  
tũ & filius sanctitatis initia recepit,  
quando voce sua B. V. Maria in ipsa  
serpentis caput contrivit.

3. S. Malachias Hiberniæ Eps in issæ  
sacrificio sororem suam è purgatorii  
flammis exemit: fæminam, quæ sine  
extrema unctione obierat, ad vitam  
orando revocavit ad sacramentum,  
obiit in S. Bernardi Clara valle & præ-  
sencia.



S. Zacharias Proph & Elisabeth. proph  
& Malachias Eps 3. Nov.



*Amor Dei.*

hoc potissimum debeo Deo, ut eū  
omnis virtus, sensus & substantia mea  
loquantur, Hilarius.

Deus qui conspicias, quia nos undi-  
que mala nostra perturbant presta  
quæsumus, ut B Zachariæ Propheciæ  
(s Elisabeth: s. Malachiz) intercessio  
gloriosa nos protegat Per D N. Iesum  
Ora pro afflictis, &

1. S. Leonardus nobilis Francus Regina in partu periclitantem oratione salvam servando à Rege honoratus est ingenti sylva ad Monasterii ædificationem concessa. Obiit A. 559. ad sepulchrum eius plurimus confluentium numerus exinde est visus, eo quod miraculis in liberatione captivorum celebretur.

2. S. Andreas Eps Fundanus proponitur universis Ecclesiasticis Ordinis viris ad cautelam. Ei etenim multis annis insidiando, dæmon eorum adduxisse visus est, ut Deo devotam personam joco civili ad tergum tangeret. Dæmon ea ex re triumphum egit quidem, at ipse sapientior factus personam abdicavit tam securus periculi, quam à liber culpæ.

3. B. Christina miraculis clara ex pago Strommelen, ubi sepulta fuerat in Nideccense, deinde Iuliacense collegium Canoniorum translata est.

S. Leonardus Eps. S. Andreas Eps.  
S. Christina 6 .Nov.



*Contemptus Saeculi*

De timore Dns nascitur compunctio  
salutaris, & de compunctio cordis,  
procedit contemptus Saeculi. Cassia.

Deus qui B. Leonardo Confessori  
tuo (S. Andreae B. Christinae beatitudi-  
nis praemia contulisti: concede propitius,  
ut qui peccatorum nostrorum fondere  
premmur, eius apud te precibus sub-  
leuemur Per D.N. Iesum &c.

*Ora pro captivis, &c*

1. S. Engelbertus ex Comitibus Mar-  
canis oriundus Aeps Colonienſis pro  
juſticia adverſus comitem oppreſſo-  
rem Eſſendiſis collegii ſtetit; Eam  
ob cauſam idem à Comite eodem oc-  
ciſus, martyrii & caritatis palmam  
accepit in monte Gevelsberg.

2. S. Willibrordus Eps Ultrajecti-  
nus ex Anglia ortus, ut ampliore fru-  
ctu in gentibus laboraret Romam  
profectus ab Apoſtolica ſede benedi-  
ctionem expetiit & uberem accepit,  
qua Hollandiæ plurimum commoda-  
vit. Obijt A. 736.

3. B. Salomæa filia Leſſi Albi Re-  
gis Poloni, Cracoviæ ob ſanctimo-  
niam vitæ eminentiorem celebratur.

S. Engelbertus Eps M.S. VVillibrordus  
Eps. S. Solomaa 7. Nov.



*Mansuetudo.*

Animus mitis & quietus non erit. nisi  
ea, quae inflammant fuerint abdicata  
Chrysoft

Ecclesiae tuae quaesumus Dne preces  
S. Engelberti (S. VVillibrordi: S Solo-  
mae commendet oratio, ut quod pro  
hinc gloria celebramus nobis prosit  
ad veniam, Per D.N. Iesum

Ora pro Collegio Cardinalium &c

S. Godefridus Eps S. VVillehadus Eps  
S. Matrona 8 Nov.



*Recollectio.*

Ante orationem Cogitationum ex-  
multis relinque, ut soli Deo possis va-  
care Bernard.

Suscipe Dne preces nostras, quæ ut  
tuo sint dignæ conspectu, Sancti Go-  
defridi Conf. tui atq; pont (S. VVillet-  
hadi: S Matronæ) precibus adiuuemur  
Per D. N. Iesum &c

Ora pro conversione infidelium &c

1. S. Godefridus Eps Ambianensis  
Misericordia in pauperes celebratur,  
adeo ut de mensa sua fercula sibi sub-  
tracta eis submitteret, & vestibus se  
suis spolians ipsos vestiret. Obiit  
A. 1118.

2. S. Willehadus Eps Bremensis A.  
788. Ordinatus, ex Anglia istuc appu-  
lerat, fidei Christianæ studio & Zelo,  
quo Isulanam, Busactores, & Chaucos  
implevit, munimen ei erat capsa sa-  
crarum reliquiarum ex collo suspen-  
sa, cujus etiam fibula eum protexit,  
cum peremptor gladius in ea, divina  
virtute stitit.

3. S. Marrona Pergensis Constanti-  
nopolim, sua ætate, sanctis exemplis  
illustravit, tempore Leonis Magni.

Commemoratio Crucifixi Beryti  
S. Congilla. V. S. Theodorus M. 9 Nov



*Spes in adversis*

*S*ispe[m] auferas nō potest esse perpe-  
tua patientia. Ambrosius.

Maiestatem tuam Dne supplices ex-  
oramus, ut sicut nos B. Vr lini Conf-  
tui sitq; Pont ( S Congilla V. S. Theo-  
dori M.) commemoratione latificas  
ita semper supplicatione defendas, per  
D. N. Iesum &c.

Ora pro Terræ frugibus, &



1. Commemoratio Crucifixi seu imaginis salvatoris nostri, Beryti in Syria celeberrim olim fuit, eo quod Iudæi eam contumeliose, per omnia passionis Dominicæ instrumenta, tractantes, miraculo grandi occasionē dederint, siquidem tam copiosus sanguis ex ea emanavit ut orientis & occidentis Ecclesiæ ex eius reliquiis sint ditatæ.

2. B. Congilla V. in Angliæ circa A. 671. sanctitate illuxit.

3. S. Theodorus Miles sub Maximiano, Imp. pro Christianæ fidei confessione fortiter cæsus, & in carcerem missus deinde Dno sibi apparente ac monente ut constanter & viriliter ageret, relevatus est: novissime postquã equuleo suspensus, & unguis corrasus est, ita ut eius interiora nuda apparerent, ardentibus ignibus comburendus traditur.

S. Tryphon Mart. S. Theoctista. V. S.  
Tryphenna & Tryphosa M. 10 N. 10



*Gaudium Spíritus.*

Verum gaudium non possidetur, nisi pax & iustitia teneatur. Celsarius.

Fac nos quæsumus Dne Sanctorum tuorum (Tryphonis Theoctistæ, Tryphennæ, & Tryphosæ) semper festi sectari quorum suffragiis protectionis tuæ dona sentiamus. Per D N Iesum &c  
Ora pro perseverantia bonorum, &

1. S. Tryphon Romæ nobilissimi viri  
filiam à dæmonio torquente liberam  
fecit. ipse ob illud aliaq; pia opera ac-  
cusatus sub Decio una cum Respicio  
est martyrio coronatus. Fæcundum  
fuit eorum martyrium, nam Tribu-  
nus visa fortitudine Tryphonis con-  
versus est, & Nympha virgo viro mi-  
raculo corruentis idoli.

2. S. Theoctista V An. 18. ætatis ab  
Arabibus capta, ereptaq; in solitudi-  
ne pæmanfit ad 35. annū nulli homi-  
num nota, quoad eam venator depre-  
hendit eique oranti communionē sa-  
cræ procuravit, qua accepta pie de-  
cessit.

3. SS. Tryphenna & Tryphosa Ico-  
ni prædicante S. Paulo Apostolo. & S.  
Thecla instituentæ ad fidem conversæ  
sanctitate vitæ fulserunt.

S. Martinus Eps S. Menna Erem. S. Vincentius &c. 15. Nov.



*Timor Dei.*

Timor quasi locum preparat Charitati, & quantum illa crescit ille decrescit Augustinus.

Deus qui conspicias quia ex nulla nostravirtute suscitimus, concede propitius ut intercessione B Martini Cōf. Tui atque Pont contra omnia adversa muniamur Per D. N. Iesum &c.

Ora pro Germania &c

1. S. Martinus è Pannonia ortus mi-  
liavit sub Iuliano Apostata in Gallis  
ac Germania; ibi ille pauperem veste  
a seissa texit, hic crucis signaculo au-  
su ire in hostium cuneos, pacis cogi-  
tationes divinitus hosti iniecit. Non  
facile gloriosiorē Ep̄m in regno quo-  
piam reperiamus, quam S. Martinus  
in Gallis. desit vivere in terris circa  
A. 400.

2. S. Mennas plurimum SS. nomen est  
eodem die celebratorum; unus Ægyp-  
tius erat, qui sub Diocletiano lauream  
martyrii gloriose commeruit; alter So-  
litaris in Italia temporibus Gregorii  
Magni Pontif. qui munera divitis, qui  
Deo devotā duxerat in matrimoniū,  
ad se missa remisit, dictitans, se eius  
dona non posse recipere, qui quæ Dei  
sunt abstulisset.

3. S. Vincentius una cum SS. Sabina  
& Christeta Abulæ in Hispania equu-  
leo ac vestibus torti martyres facti.

S. Martinus Papa M. S. Cunibertus Ep.  
S. Nympha V. 12. Nov.



*Præsentia Dei.*

O stulte. erubescit homini dicere,  
quod in Conspectu Dei non erubuit  
dicere August.

Deus qui neminem in te sperantem  
ultimum perimitis affligi, exaudi pre-  
ces nostras & intercessione B. Martini  
(Cuniberti: S. Nympha) precibus  
nostris pius presta effectum Per D.  
et cetera

Ora pro augmento Caritatis &

1. S. Martinus Papa, factione Sergii Pauli & Pyrrhi hæreticorum, quos Apostolico spiritu damnaverat captus sub Constante Imp. Constantino-polim abductus, in Chersonesum ablegatus ob catholicam fidem multis ærumnis confectus vitã finivit, multisque miraculis est clarificatus.

2. S. Cunibertus è Trevirensi clero ad Colon. Eccliæ regimen venit, is insignis cultor SS. B. Ursulæ corpus invenit, cum sacrificanti in eius Ecclesia columba locum sepulturæ detexit & ipse fodiendo sacrum pignus gaudens è loco humili sublevavit.

3. S. Nympha V. Romana vidēs quod insolenti modo idolum Iovis ad preces S. Respicij M. corrueret gentilismum eiuravit, & Christum confessa, martyrio est coronata.

S. Brictius Eps. S. Homobonus S. Maxellendis & Odilia 13 Nov.



*Custodia sui.*

Quod Sirenes finguntur/id vere sunt  
illecebræ cupiditatum. Paulinus,

Præsta quæsumus Omnipotens De  
us. ut B. Brictij Conf. tui atque Pont  
(S Homoboni: S Maxellendis & Odi  
lia) cuius memoriam facimus, fidem  
quoque Efficiendo sectemur, per D  
N, Iesum &c.

Ora pro tentatis &



1. S. Brietius Eps Turonensis in Gal-  
lia discipulus fuit, & successor S. Mar-  
tini, is quia quiddam culpæ in S. Mar-  
tinum admiserat, septenni exilio à ci-  
vitate sua reiectus, exsoluto peccato  
suo per pænitentiam est restitutus.

2. S. Homobonus Confessor, & mer-  
caturæ & Matrimonio fuit illigatus,  
in his tamen pauperum pater fuit  
dicere solitus: qui miseretur pau-  
peris fœneratur Dno. panis ei in cani-  
stris multiplicabatur, & aquam bene-  
dictione sua in vinum subinde muta-  
vit. Obiit inter missarum solemniam in  
templo ipso A. 1196.

3. S. Maxellendis V. deo devota A.  
690. ob constantiã in proposito sancto  
prodente ancilla sua, domi suæ inte-  
rempta est à falso amante,

¶ Veneranda V M.S. Venerandus M  
S. Albericus Eps 14. Nov.



*Humilitas.*

Virtutes sicut proditores suos deserunt, ita tuos instanti custodire cultore  
Chrysologus.

Indulgentiam nobis quaesumus  
Dne B Veneranda V. (B. Venerand. M  
S. Albericus Conf. & Eps) imploret: ut  
qua (qui) oculis tuae divinae Mai. Co  
placuit, eius intercessione gaudeamus  
Per D. N. Iesum &c.

Ora pro Virginitibus &c

1. S. Veneranda in Galliis voto & precibus impetrata à sterilibus parētibus, Deo sese gratam exhibuit seruitio, nam in Christianæ religionis propagationem toto studio ac zelo incubuit ita ut ab hostibus fidei ad certamen martyrii pertracta, ibidem quoque hostem superarit Imperante Aureliano.

2. S. Venerandus Nobilis viri apud Trevas filius curiose legebat psalterium Christianorum, cum igitur avide percuperet intelligere, quis esset sensus verborum (Asperges me hyssopo & mundabor) Angelus custos ei apparuit, & baptismum edocuit. Suscepto demum illo miraculis inclaruit propagandoque fidem martyrii coronam recepit.

3. B. Albericus Ultrajecti Eps & suis meritis & discipulorum sanctitate effulsit; inter eos S. Ludgerus numeratur. Obiit ipse A 794.

S. Albertus. Eps S. Leopoldus  
S. Lucia ord. Præd. 15. Nov.



*Fuga Otii.*

Nihil boni facere, hoc ipsum est fa-  
cere malum Chrylost.

Da quæsumus Omnipotens Deus  
vt B. Alberti Ep (B. Leopoldi. B. Lu-  
cia) veneranda solemnitas gratiarum  
& virtutum suarum in nobis excitet se-  
quelam per D. N. Iesum &c.

1. S. Albertus Ratisbonensis Eccle-  
siæ Eps, ex ordine D. Dominici as-  
sumptus, quam Ordinem tam Eccle-  
siam universam apprime, eruditione  
& sanctitate illustravit. Inter eius o-  
pera eximium est, D. Thomam Docto-  
rem Angelicum instituisse tam vitæ  
quam doctrinæ præceptis; & Colonia  
detexisse plurima SS. ex sodalities B.  
Ursulæ corpora, eaque elevasse. Obi-  
it ibid. A. 1290.

2. S. Leopoldus Dux Austriae non  
solum se ipsum, sed & conjugem suam  
Agnetem, imo fortunas omnes voluit  
esse pietatis domicilium cuncta reli-  
gioni destinando. Manent etiamnum  
monasteria ex eius facultatibus fun-  
data.

3. S. Lucia sub S. Dominici regula  
in Italia fulsit. Ferraria virtutum &  
gratiarum eius splendorem proxime  
excipiens in viciniam reliquam diffu-  
dit.

1. S. Edmundus Conf. B. M. Virgine  
ita dilexit, ut ei se Virginitate &  
annulo desponsarit, nam simillimo-  
rum annulorum unum sibi, alterum  
D. V. statuae inseruit. Archieps deinde  
Cantuariensis factus maluit in igne  
quam peccatum prolabi. moriens  
Crucifixi vulnera, maxime latus sau-  
cium, exosculabatur.

2. S. Othmarus Alemannus ex sa-  
culari vita ad religiosam conuersus  
S. Galli monasterium preclare disci-  
plinæ priuina; non sine grauibus  
molestijs, restituit. demum persequente  
eum Warino & Rhuodardo Comiti-  
bus in exilium eiectus Christi silen-  
tio & innocentia Victor in caelos 29  
bijt. A. 748.

3. S. Margarita Regina Scotiae. pro-  
lium rite educatarum & Scotorum  
in sacris ritibus ad Rom. Ecclesiae  
modum formatorum gloriare splen-  
duditate A 1060

S. Edmundus Conf. S. Othmarus Ab.  
S. Margarita Reg. e. Nou.



*Misericordia.*

Homo, tu sibi Misericordiae factus  
es ipse mensura. quantum queris Mi-  
sericordiam, tantum exhibe Chrysol.

Deus fidelium remunerator ani-  
marum. praesta ut B. Edmundi Con-  
f. (B. Othmari Ab: S. Margaritae Reg.  
cuius venerandam celebramus festi-  
tatem precibus indulgentiam conse-  
quamur, per D N Iesum &c

Ora pro Inimicis tuis, &c

1. S. Gregorius Thaumaturgus seu mirabilium patrator, Neocæsareæ Eps factus, septendecim fideles in vrbe sua reperit, & moriens solum septendecim infideles reliquit. Id miraculum Sapientes plures, quam montis transmigracionem, & dæmoniorum subiectionem in eo deprædicare solent. floruit circa A. 288.

2 S. Zacharias tutor Constantino-  
polimortis & æternitatis Contem-  
platione ad eam Sanctimoniam per-  
uenit, ut & castitatem cum Coniuge  
sua Maria coluerit perpetuam, & quæ  
labore manuum acquirebat pauperi-  
bus erogaret.

3. S. Victoria Virgo & Martyr in  
Hispania, Burgi celebris, Mundum  
vincendo nomen æternum prome-  
ruit.



S. Gregorius Thaum. S. Zacharias Co  
S. Victoria M. 17. Nou.



*Confirmatio cū Volunt. Deū*  
Vere bene doctus est qui Dei vo-  
luntatem facit, & suam reli. quit Kem-  
pis.

Deus qui populo suo æternæ salu-  
tis B. Gregorium ministrum tribuit  
Presta quæsumus ut quem doctorem  
vitæ habuimus in terris, intercessor  
(cum S. Zacharia: S. Victoria) habere  
mereamur in caelis, Per D. N. Iesum  
Ora pro Conversione Infidelium &

1. S. Maximus Moguntinus Eps cir-  
ca An 360, strenuus fuit fidei Catho-  
licæ doctor & defensor, adeo ut sep-  
ties ab Arianis sua sede depulsus sep-  
ties diuina prudentia sit restitutus.  
Ipse fortiter annisus est ut Eufrata  
Colon. Eps ab Arianis seductus depo-  
beretur in Concilio.

2. S. Romanus M. Antiochiæ tem-  
pore Galerij Maximiani Imp. quod  
Ecclesiæ immunitatem defenderet ab  
Asclepiade præfecto Ecclesias Chri-  
stianas euertente, post dira tormenta  
& linguæ abscissionem (sine qua ta-  
mē Dei prætonia loquebatur) in car-  
cere strangulatus celebri martyrio  
coronatus est. Barula puer ante ipsū  
passus est, quod Deum quem Christi-  
anicolunt credendum esse respon-  
disset.

3. B. Auda V. Parisijs in Basilica  
SS. Ap. Petri & Pauli in honore est.  
ob merita castimonix.

S. Maximus Eps. SS. Romani & Barula S. Adua 18. Nov:



*Devotio.*

Si virtus devotionis in intimis afficit  
omnis strepitus pravae suggestionis  
obmutescit Gregor.

Intercessio nos quaesumus, Dne. I.  
Maximi Conf & Pont. (SS. Romani &  
Barula: S. Adua) commendet  
quod nostris meritis non valemus eius  
(eorum) patrocinio assequamur per D.  
N Iesum &c.

Ora pro augmento pietatis &c

1. S. Elisabeth Vidua Andreae Hungarorum Regis filia, Ludouico Thuringiæ & Hassiæ Landgrauio nupta, pietatis operibus assidue quidem intenta. maxime tamen post obitum mariti cum e' ex patientiæ materia multiplici meritorum cumulus accreuit Marpurgi plurima operum suorum peregit. moritura istic cælestem cantum exorsa est cum 29 annos in viduitate egisset miraculis clara ab A. 1240.

2. S. Pontianus Papa & M. sub Alexandro Imp. in Insulam Sardiniam deportatus ibidem fustibus mactatus est eodem A. quò S. Visula Romam venit ipso exulante. & S. Cyriaco M. vices exulantis agente.

3. S. Heliodorus M. in Pamphylia ob Christi prædicationem captus, post varia tormenta diuinitus sup: raturæ capite plexus est.

S. Elisabeth, Vid S. Pontianus PP S. Hiliodorus M. 19 Nov.



*Amor Dei.*

Animam ad imaginem Dei factam  
Dei capacem, quicquid minus est non  
implebitur Bern.

Exaudi nos Deus salutaris noster, &  
sicut de B Elisabethæ (S. Pontianus  
S Hiliodori) festiuitate gaudemus; ita  
piæ devotionis erudiamur affectu, pe  
D N Iesum &c

Ora pro Viduis, &c

1. S. Raphael Archangelus in præ-  
lio Cælesti inter Draconem & Micha-  
elem orto. meliorem partem secutus  
Medicinæ diuinæ nomen promeruit  
Is sub Assyriorum monarchia, in  
Tobiæ obsequio reuelatus. ab eo tē-  
pore amorem & cultum apud mortales  
immortalem promeruit.

2. S. Edmundus Rex Angliæ humili-  
lis, liberalis & pietati deditus in insi-  
dias dæmonis & ministrorum eius ut  
alter Iobus decidit, & vita quidem  
per eosdem priuatus est, veruntamen  
caput beati auulsum trunco loqui,  
valuit diuina gratia, & deniq; corpo-  
ri se vnioit.

3. S. Theoctista Virgo Lesbica XX  
XV annos in Insulæ deserto lupinis  
& herbis victitans tandem mani-  
festata est.

S. Raphael Archang S Edmundus Rex  
S. Theodora 20. Nou.



*Zelus bonae operationis.*

Audiant te homines parit a mandatum & grandia fac e te Chisoff.

Adesto nobis Dne Deus ut intercedente B. Raphael Archangelo tuo (S. Edmundo. S Theodora) purgemur a vitiis. & a periculis omnibus eruemur, per D N Iesum

Oratio pro pastoribus animarum. &

B. Virgo Maria, a Deo in matrem electa, a Conceptionis suæ instanti gratia repleta, iisdem progressu temporis auctior in nostram salutem abundavit. Et quoniam à sterilibus parentibus voto erat impetrata, Dno iure oblata trimula, ipsamet nobilissimo Virginitatis perpetuæ voto sese Deo adstrinxit, primaque inter mortales vex illū castitatis, quod myriades Virginum sequerentur, erexit. imo religiosæ seu devotæ tum in claustris, tum intra Sæculum vitæ fundam æta sapientissime, in tantilla ætate iecit. merito igitur eam beatam dicunt hodie & semper omnes generationes quæ gratiã, imo gratiæ fontem & invenit & in se conclusit.



Præsentatio Beatæ Mariæ V. in templo  
21 Nou.



*Cultus B. M. V.*

Si pie à nobis pulsata, si pie fuerit  
invocata Maria, non deerit nostræ  
necessitati. Bern.

Deus qui B. Mariam semper Virgini-  
nem, Spiritus S. habitaculum, hodie-  
na die, in templo præsentari voluisti:  
præsta quæsumus, ut eius intercessio-  
ne in templo gloriæ tuæ præsentari  
mereamur per D. N. Jesum &c

Ora pro Sodalitatis B. M. V. &c

1. S. Columbanus Abbas è Britan-  
nia in Galliam Christi amore pere-  
grinatus Luxoviũ celeberrimum Bur-  
gũdiæ monasterium fundavit indeq;  
pulus ob iustitiam & veritatem Bobi-  
ense in Italia constituit. Verũmq; plu-  
rimorũ SS. fuit ferax exemplo magi-  
stri edoctorum,

2. S. Gelasius PP. factus circa A. 42.  
puritatem doctrinæ Catholicæ miri-  
fice adiuvit, libros heterodoxos, &  
apocryphos à sinceris discernendo,  
hæreticos damnando quæ sana sunt  
sua lendo præcipiendoq; Idẽ Euphe-  
miũ Constantinopolis Ep̃m, Orienta-  
les à Rom. sedis obedientia abstrahẽ-  
tem sanare conatus est.

3. S. Nympha Virgo Mamiliani Epi  
discipula & comes crebris Sanctita-  
tis indicijs Panormi in Sicilia octo  
dierum festiuitate honoratur.

S. Columbanus Conf. S. Gelafius PP  
S. Nympha V. M. 21. Nov.



*Contemptus divitianum.*

Aurum, est materia laborum, periculum possidentium, enervatio virtutum, malus dominus, proditor servus. August.

Præsta quæsumus Omnipotens Deus, ut qui B Columbani Conf tui (S. Gelafii Pont. S Nymphæ V. & M. tuæ) natalitia colimus intercessione eius in tui nominis amore roboremur, per D. N Iesum &c.

Ora pro tentatis &

1. S. Cæcilia V. nobilissima inter Romanas Christo deuota, Valeriani ambientem eius nuptias ad Christum pertraxit, ostentoq: Angelo custode suo ad martyrium secum subeundū animavit, excelluit laudibus Christo decantandis.

2. Theonestus Eps. cum Tabra & Tabrata diaconis & discipulis ab Arianis vexatus Romam venit ad S. Damasum Papam, demum insidiis Arianorum obruncatus Tarvisina in vibe honoratur.

Ss. Philemon & Apphia Colossis in Phrygia S. Pauli discipuli sub Nerone Imp. cum gentiles die Dianæ festo Christianorum ecclesiam invaderent tenti & verberati, in foveam ad renes usque defossi lapidibus obruuntur.

S. Cæcilia V. & Mart S. Theonestus Ep  
S. Philemon & Apphia. 22. Nov.



*Puritas mentis.*

Ambulemus non secundum carnem  
in carne, ne despiciamus Deo Bern  
Deus qui nos annua B Cæcilia V &  
Mart (S. Theonesti C & Epi: SS. Phile-  
monis & Apphia MM tuorum) solem-  
nitate lætificas: concede propitius, ut  
quam (quem) veneramus officio, eti-  
am pi conversationis sequamur ex-  
emplo, per D N Iesum. &c,  
Ora pro Virginius &

8 Clemens PP. S. Trudo Conf.  
S. Faustina M. 23. Nov.



*Studium vitæ sanctæ.*

Quanto plus & melius scis tanto gra-  
vius inde judicaberis, nisi sanctius vi-  
xeris **Tempis.**

Deus qui nos annua B. Clementis  
M tuique Pont. ( S. Trudonis C.  
tui S. Faustina M.) solennitate l rifi-  
cas cōcede propitius, ut cujus natalitio  
colimus. vir ue n quo iue imitemur  
per D N. Iesum &c,

Ora pro Papa &

1. S. Clemens Papa Romanus post  
S. Linum, abdicans in Chersonesum  
SS. Martyribus, ad marmora secanda  
damnatis sese adiunxit. Iisdem aquæ  
inopia laborantibus fontem, quem  
sibi agnus in monte apparens monst-  
rauerat, aperuit. martyrium anchora  
ad collū ligato in mare demersus cō-  
summauit.

2. S. Trudo Hasbaniaꝝ comitibus  
ortus, puer sæpe vestes suas pauperi-  
bus donauit, a B. Clodulpho Metensi  
Epo deposito sæculari habitu cleri-  
cus ordinatus, in paternis bonis Mo-  
nasterium extruxit, quod SS. viroꝝ  
Collegium euasit circa A. 690.

3. S. Fauftina Imperatrix Maximi-  
ni Imp. uxor, à B. Catharina Christū  
docta martyrium ab ipsa prædictum  
gloriose subiuit.

S. Chrysonogus M. S. Pontianus Com.  
S. Firmina. 24. Nov.



*Fuga Oiii.*

Non facile capitur à Diabolo . qui  
bono vacat exercitio. Hieron

Adesto Domine supplicationibus  
nostris ut qui ex iniquitate nostra reos  
nos esse cognoscimus B. Chrysonogoni  
Martyris vivi (S. Pōtiani Cōf. S. Firminæ  
intercessione liberemur, per D. N. Ie-  
sum &c.

Ora pro Religiosis, &



1.º Chryfogenus f. Anafafix Spi-  
ritualis Pater, poft longa vincula &  
carceres pro Conftantiffima Chrifti  
Confefione toleratos iul e Diocle-  
tiano Aquileiam perductus, & capi-  
te cafus, in mare proiectus Martyriũ  
confur mauit.

2.º Poruanus barbari Domini fer-  
uus miraculo ligni crucis fanitatem  
ei reftituit: libertatem affecutus,  
eam in folitudine religiofiffime Deo  
consecrauit. Summa in fiti falem ori  
imponendo feſe macerabat.

3.º Firmina Calpurnij Urbis præ-  
fefti filia, ab Olympiade Amerix  
præfefto tentata ut Chriftum defere-  
ret, & ſibi nubere tentata; dum eam  
orantem amator amplecti conatur,  
eius brachia & corpus in rigidũ ſtu-  
porem dedit, ſed & deprecantem cul-  
pam ſanauit. Martyrio tamen ſub alio  
Iudice coronata eſt.

S. Catharina V. & Mart. S. Mercurius  
S. Moyses &c 25. Nov.



*Catharina.*

Contra libidinis impetū apprehēda  
fugam, si vis obtinere victoriam. Aug.

Deus qui dedisti legē Moysi in sum  
mitate montes Sinai, & in eodem loco  
per SS. Angelos tuos corpus B. Catha  
rinae V & M. tuae mirabiliter collocasti  
praesta quaesumus, ut eius & SS tuorum  
Mercurii, Moyses &c MM. tuorum me  
ritis & intercessione ad montem qui  
Christus est pervenire valeamus, pe  
D N. Iesum &c.

Ora pro Juventute &

1. S. Catharina V. Alexandrina  
Costi Arabis, & Aegypto præfecti  
filia Sapia & religione mundo  
illuxit sub Imp Maximino, quem iu-  
uencula & redarguit, & multiplici-  
ter vicit. Martyrij palmam præmium  
ipsa reportavit, & ut angeli eius cor-  
pus in montem Sinai deferendo se-  
peliendoq; honorarent impetrauit.

2. S. Mercurius miles Cæsareæ in  
Cappadocia celebris, custodientis se  
Angeli patrocinio & barbaros vicit,  
& Decij sæuitiam superavit, multiss-  
que auctus tormentorum tropæis  
martyrio coronatus migravit in cæ-  
lum ex quo post centum annos con-  
tra Iulianum Apostatam pro Cæsari-  
ensibus pugnavit eumq; occidit.

3. Moyses & socij eius Cardinales  
presbyteri Romæ tempore S. Cypri-  
ani passi sunt.

Petrus Eps & M. S. Conradus Ep  
Translatio S. Idae 26 Nou



*Amor Dei.*

In terra datur Spiritus, ut diligat: ut  
proximus, è caelo datur Spiritus ut di-  
ligatur Deus, Gregorius.

Infirmi-  
tatem nostram respice Om-  
nipotens Deus, & quia pondus  
proprie actionis grauat, B. Petri M.  
tuitaque Pont. (S. Conradi C. & Ep i  
S. Idae Vidu ) intercessio gloriosa  
nos protegat per D. N. Iesum

Ora pro Hæreticorum reductione &

1. S. Petrus Alexandrinæ Urbis Eps  
diuina luce illustratus populum sibi  
creditum à Dno rexit in Sanctitate &  
Iustitia, qua & erudiit multos, ad pie-  
tatem, & improbos, inter quos & A-  
rius presbyter heterodoxus, castiga-  
uit ad emendationem. Verumq; æger-  
rime ferens Satan, per Maximinum  
Imp. viro integerrimo dum hanc vi-  
tam eripit, alteram meliorem procu-  
rauit.

2. S. Conradus Constantiensis Eps  
ab Insidiatore famæ impetitus, dum  
ei nocte diem Veneris antegressa in-  
cautus carnem de mensi protracta  
largitur, a Deo honorâ ut, nam insi-  
diator dum carnem calumniæ mate-  
riam populo ostentare parat, pisces  
monstrauit, seq; confudit.

3. S. Ida Translatio sub X Monaste-  
riensium Epo facta est  
Is caput S. Viduæ in Leesborn, mo-  
nasterio deposuit.

ps  
bi  
&  
ie  
A.  
a.  
r.  
m.  
i.  
u.  
ps  
m  
n  
ta  
li.  
e.  
m  
e.  
est  
a.

¶ Iosaphat Rex S. Iacobus Intercisus.  
S. Bilhildis Vid. 27. Nov.



*Præsentia Dei.*

Quomodo negligens poterit fieri  
qui intuentem se Deum nunquam de-  
finit intueri Bern

Deus qui nos concedis S. Iosaphat  
(S. Iacobi: S. Bilhildis) natalitia colere  
da nobis in æterna beatitudine de ei-  
usdem societate gaudere, per D. N. & c.  
Ora pro Imperatore &

1. B. Iosaphat Rex Indorum in nutritus aulae regiae deliciis, opera Barlaam Eremitae, sub specie gemmarum venundandarum, fidei Christianae fundamenta accepit. Multas tentationes à patre & cognatis perpeffus victor omnium ipsos quoq; Christo conciliauit, relictoq; alteri regno eremum incolens, caelum promeruit

2. Iacobus Intercifus in Perfide martyr conspicuus, tempore Theodofii Iun. cum in gratiam Isdegerdis fidem negasset, & ea propter eum vitarent mater, vxor &c. in se reuersus pro Christi confessione membratum iuffus est concidi & capite truncari.

3. B. Bilhildis nobilis Vidua Moguntiae Monasterium Virginum fundauit in quo ipsa Sanctissime viuens diuina reuelatione baptismi gratiam qua carebat percepit.

S. Stephanus M S. Gregorius PP. III.  
S. Oda. V, 28. Nov.



*Amor Christi.*

Qui vult veram delectationem pra-  
gustare Christum discat suaviter ama-  
re. Basilus.

Deus qui nos B Stephani M. tui (B  
Gregorii: B. Oda) Confessione glorio-  
sa circumdas & protegis: presta nobis  
ex eius imitatione proficere & oratio-  
ne fulciri. per D N. Iesum &c.

Oratio pro afflictis &c



1. S. Stephanus dictus Iunior B. M.  
V. beneficio impetratus à parentibus,  
eidem vitam suã dedicauit. nam in de-  
fensione Sanctarum Imaginum stre-  
nue aduersus Imp. Constantinum  
Copronymum stetit, ac martyrium  
per urbem tractus consummauit.

2. S. Gregorius III. Pontifex Rom.  
Leonem Isauricum sacrarum imagi-  
nũ persecutorem anathemate feriit.  
S. Bonifacium in Germaniæ conuer-  
sione paterne adiuuit. à Luitprando  
Longobardorum rege afflictus Caro-  
li Franc Regis opem impetrauit, or-  
natis demum tum vuis tum inani-  
matis Urbis templis, in templum æ-  
ternæ gloriæ induci meruit.

3. S. Oja V. Leodij cæca ad S. Lam-  
berti reliquias oras lumen recepit,  
quod in sanctitatis culturam deinde  
impendit.

S. Rabbodus Eps. SS. Sifinnius & Saturninus. S. Illuminata V. 29, Nov.



*Fuga vanæ gl'oriæ.*

Si vere laudabilis esse cupis, laudem  
hominum ne requiras. Hieron

Deus qui nos B. Rabbodi Epi (S.  
MM. Sifinii & Saturnini: B. Illuminata  
concedis natalitio perfrui eius (co-  
rum) nos tribue mentis adiuuari Per  
Dnm nostrū Jesum &c.

Ora pro Concionatoribus &

1 S. Radbodus Eps Ultraiectinus,  
ita SS. Vitas dilexit, ut & ipse suam  
fastis inseruerit imitatione. Is clam  
aqua pro vino utebatur, quam cum  
quidam libaret, Deus eam in vinum  
præstans transmouit, ne Sancti vi-  
ri virtus a vanagloria periclitaretur.  
Vitam quam in precibus & inter SS.  
egerat in iisdem & inter SS. termina-  
uit A. 617.

2. SS. Sifinnius & Saturninus Marty-  
res sub Maximiano Principe diu in  
carcere macerati, iussu præfecti Vr-  
bis in equuleum leuati & neruis at-  
tracti, fustibus ac scorpionibus cæsi  
appositis demum flammis ustulati ex  
equuleo depositi obruncatione mar-  
tyrij gloriam consecuti sunt.

3. Illuminata V. Rauennæ orta,  
Christum docta, alios docuit.

S. Andreas Ap[osto]l[us] S. Ioseph Conf[essor]  
& Iustina V. & M 30 N[on]as.



*Patientia.*

Si libenter crucem portas portabis  
te & ad desideratum finem te deducet  
Kempis.

Majestatem tuam Dne suppliciter  
exoramus ut sicut Ecclesie tuae B. An-  
dreas Ap[osto]l[us] extitit praedicator &  
rector ita apud te sit, (cum S. Ioseph Conf[essor]  
& S. Iustina V. & Martyre tua)  
pro nobis intercessor per D. N. Iesum  
Ora pro pace &

1. S. Andreas primus Apostolicum  
ad officium à Dno adscitus, S. Petrum  
fratrem suum Domino adduxit post  
Passionem Dni Achaiam doctrina  
& illustrissimo martyrio illustravit.  
nam & coram Iudice Confessus est,  
sefe indies agnum Dei in missæ Sa-  
crificio immolasse, & coram multitu-  
dine, sefe à Crucis sup plicio nolle li-  
berari.

2. S. Ioscio seu Ioscius Conf<sup>ess</sup> mona-  
chus apud S. Audomarum indies B.  
M. V. quinque psalmos, à totidē Ma-  
riani nominis initialibus literis or-  
dientes recitabat. Ex huius auribus,  
& ore quinque rosæ post mortem pul-  
lularunt, nec fundo nec tempore  
congruente natura, sed congruente  
deuotioni.

3. S. Iustina V. & Martyr Constan-  
tinopoli, ut virtutum odore grata fu-  
it, ita officijs sacris honorata.

1. S. Eligius primum aurifaber reg-  
us in Gallia coniuxit artem pictati,  
ita ut pretia artis pauperibus & cap-  
tiuis impenderet, & seipsum per pæ-  
nitentiam iugem Deo sacrificar.  
Hæc sedulo agentem populus & Rex  
in Episcopum acceperunt, qui quâto  
tunc altior, tanto virtutum splendo-  
re illustrior radiauit. prædicare Dei  
verbum, SS. reliquias honore omni-  
prosequi, thecis pretiosissimis recõ-  
dere, aliaq; Apostolice curare quoti-  
dianus erat ei labor usq; ad A. 650  
ferè, quo decessit.

2. S. Agericus Eps Verdunensis, Mis-  
ericors in pauperes, indies plurimos  
ad fidem Christi perduxit, ipse se Deo  
templum viuum consecrauit & sub A.  
550 decessit.

3. S. Natalia uxor S. Adriani M. he-  
roina Christiana, viri sui carcerem  
mundi thesauris prætulit, & ipsum  
ad mortē fortiter obeundā animauit.

S. Eligius Eps S Agericus Eps.  
S. Natalia. / Dec.



*Bonus usus Temporis.*

Tempus sementis. tempus est præ-  
sens & vita quam cernimus. Hieron.

Exaudi, quæsumus, Dne preces no-  
stras quas in B. Eligij Conf. tui atque  
Pontif (S Agerici: S Natalia) solemni-  
tate deferimus: & qui (quæ) tibi digne  
meruit famulari eius intercedenti-  
bus meritis ab omnibus absolue pec-  
catis per Dnm N Jesum &c.

Ora pro pace, &

1. S. Franciscus Xaverius Indiarū  
Apostolus, e Soc. Iesu in ultimas oras  
a sede Apostolica missus, Apostoli  
partes egit integerrime, & fructus re-  
tulit vberimos multis centenis mil-  
libus ad cœstra Ecclesiæ Catholicæ  
adiunctis Iaponiæ Ecclesias, marty-  
rum feracissimas fundavit. In San-  
ciano, cum iam Sinarum regna Chri-  
sto subiugare pararet, decessit A. 552. à  
Gregorio XV. in numerum SS. rela-  
tus

2 S. Bibiana V. Romana & martyr  
Flaviani Expræfetti & Dafrosæ filia  
post exilium necemq; patris ac ma-  
tris sub Iuliano Apostata Iudici sisti-  
tur à quo tentata varijs modis cū in  
Christi fide persisteret, plumbatis cæ-  
sa est ad mortem.

3 S. Petrus Chrysologus Eps Ra-  
vennatium factus diuino iussu, expe-  
ctationē de se concitatam eloquētia  
& sanctitate implevit. obiit A. 449.



S. Franciscus Xaverius. S. Bib'ana V. M.  
S. Petrus Chrysol. 2 Dec.



*Obedientia.*

Citius auditur una oratio obediens,  
quam decem millia contemnentis.  
August.

Deus qui glorificantes te glorificas  
& in SS. tuorum honoribus honoraris  
concede quaesumus ut qui S. Tui Fran-  
cisci Conf. (B. Bibianæ V. S. Petri) glo-  
riosa merita colimus, eius patrocini-  
asse juamur per D N Jesum &c,  
Ora pro Indijs, &

1. S. Theodulus præfectus aulae Ca-  
saris Theodosij, inspectis aliusque  
perpensis aulae rethois insidijsq, vniuer-  
so demundo nauicam concepit. Itaq;  
substantiam suam ultra 55000. Philip-  
peorū valan: ē in pauperes erogauit &  
Edessa columnam ascendit, in qua 30.  
annos mundū desperit cælum meruit.

2. S. Birinus Ep̄s ab Honorio Papa in  
Britanniam missus est, illi populo dei  
verbum prædicaturus, qui cum Britan-  
nicum mare esset ascensurus, in litore  
millarum solennia celebrans comites  
suos Sanctissimo Christi corpore refe-  
cit, & invocato Deo Britanniam ingres-  
sus multum in ea fructum retulit: de-  
us eundem miraculis illustrauit; nēpe  
ambulandi super aquas potestate &c.

3. B. Hilaria vxor Claudij Tribuni &  
M. cum filijs Iasone & Mauro passa est  
sub Imp. Numeriano, porro ipsa ad ma-  
riti & filiorū sepulchra orās paulo post  
à paganis tenta migravit ad dnm.

Theodulus Conf. S. Birinus Eps  
S. Hilaria & Soc. M 3. Dec.



*Imitatio Christi.*

Si Christianum te esse delectat, qui  
Christi sunt gere, & merito tibi nomen  
Christiani assume. August

Deus qui nos B. Theoduli Conf t  
(B. Birini: B. Hilaria & Sociorum se  
lemitate latificas, concede p opitius  
ut cuius natalitia colimus etiam acti  
ones imitemur per D N. Iesum &c.

Ora pro afflictis, &

1 S. Barbara V. Nicomediensis Diof-  
corum patrem habuit simul & carnifi-  
cē. Is perspecto filiæ in fide Christiana  
constante animo, eam ex hac vita cru-  
deliter expulit, cultui SS. Trinitatis  
peculiariter addicta, numerum terna-  
rium a vide sectabatur, adeo ut in cu-  
biculo sui fenestris eum voluerit etiam  
exprimi, celebratur inter diuos, qui  
morituris singularius patrocinatur, ne  
sine confessione & eucharistia decedant.

2. S. Ioannes Damascenus sub Ara-  
bum Imp. magnus fidei Catholicæ pro-  
fessor D. Virginis &c. sacras imagines  
adversus Iconoclastas tuebatur. Hinc  
insidijs eorum impetratus per calumni-  
am manum amisit securi abscissam, sed  
eam illustriore dono D. V. ei restituit.  
Moritur circa A. 740.

3. S. Emeritæ B. Lucij Anglorum Re-  
gis filia, cum patre Christi fidē recepit  
circa A. 180. acceptis Roma fidei Ma-  
gistris ab Eleutherio Pontifice.

S. Barbara S. Ioan. Damasc.  
S. Emerita V. 7. Dec.



*Spes.*

Omniſ qui habet ſpem in Deo  
ſanctificat ſe ſicut & ipſe Sanctus eſt  
S. Joannes.

Deus qui inter cætera potentia tua  
miracula, etiam in ſexu fragili victo-  
riam Martyrij contuliſti, concede pro-  
pitiuſ ut qui B Barbara V. & M tua  
natalitia colimus, eiſ & S Ioannis  
& Emerita V ad te exempla gradi-  
mur per D.N. Ieſum  
Ora pro Agonizantibus &

1. S. Sabas Ab. Nobili genere natus  
in Eremo ad nobilius genus, Sancto-  
rum videlicet, trāliuit. ibidemq; pro-  
le plurima sed beata donatus Mona-  
chorum pater effectus, ita miraculis  
inter barbaros Arabes effulsi, ut eius  
cænobium illæsum iure Asyli dona-  
tum sit, inter miracula est & illud quod  
sæuientis flammæ vim solo signo S.  
crucis suppressit.

2. S. Dalmatius M. certe, an Eps fu-  
erit consecratione dubitatur, sane re  
fuit, nam Albam Pompeiam ad fidem  
adduxit, & Ticini populus fidelis ei,  
ut patri seu Episcopo, inhæsit. mira-  
colorum gloria & martyrij palma il-  
lustris fuit circa A. 254. post mortem  
capitis sui partem abscissam ipse ad  
locū quietis destinatum deportauit.

3. S. Consolata V. Genuæ in Ligu-  
ria celeberrima, istuc ex Palæstina ad-  
uecta est, ubi trans mare Galilææ Flo-  
ridæ vitā angelicam septennis egit.

S. Sabas Ab S Dalmatius Mc  
S. Consolata . . 5 Dec.



*Abſtinentia.*

Jeiunantibus nobis Diabolus esur-  
xit, qui nostris semper saturatur ex  
culpis. Chrysol.

Intercessio nos qua sumus Dne S Sa-  
bae Abbatis (S. Dalmatii: S Consolata)  
commendit, ut quod nostris meritis  
non valemus eius patrocinio assequa-  
mur per Dnm N. Jesum &c.

Oro pro Observatione Mandato-  
rum &

1. S. Nicoles Myrensis Eps in Asia  
diuino instinctu electus, diuina rati-  
one populum sibi creditum paut ut  
pastor fidelis. sacra loca orando inui-  
sere, pauperum misereri, Christum  
docere, exilia & carceres pro eiusdem  
nomine pati, iugis erat illi occupatio.  
cumq; pace reddita Ecclesijs primo  
Concilio Niceno interfuisset A. 343  
decessit corpus eius Barium in Itali-  
am auctam ab infantia Christo sacrum  
ibidem miraculis claret ab A. 1087.

2. S. Afella V. Nobilis Romana de-  
cennis torquem auream ad ornanda  
sele datum vendens, eius pretio ves-  
tem nigri coloris emit, eamq; depo-  
sitis preciosis induit, seq; in cubiculo  
paternæ domus, quasi in eremo con-  
clauit. Tanta fuit abstinencia, ut sæpe  
triduum cibo abstineret, oratione tã  
prolixa ut callum genibus obduxerit.

3. B. Dionysia, Dacia & Leontia  
in persecutione Wadalica passæ sunt.



S. Nicolaus Eps. S. Afella V. S. Di  
nia & Soc MM 6. Dec.



*Elemosyna.*

In angustiis Deus illum clamantem  
audiet, qui pauperem, cum clamaret  
audiuit. Chryfolog.

Deus, qui B Nicolaum Pont. innu-  
meris decorasti miraculis: tribue qua-  
sumus, ut eius & S. Afellæ V. SS. Dio-  
nyfiæ & Sociorum meritis & præci-  
bus à gehennæ incendiis liberemur  
per D N Jef. &c.

Ora pro Pauperibus, &

1: S. Ambrosius Mediolan. Eps in-  
fanis voce a Deo ostensus est populo.  
Itaque ex præsede Provinciæ seculari  
mutatus in pastorem. totum mundum  
lucæ doctrinæ & Sanctitatis suæ illu-  
stravit; Imperatores Dei virtute arma-  
tus Christi iugo subiecit, vel terruit,  
manus eius paralytico sanavit, discipli-  
nam & cantum Eclisæ præclare forma-  
uit, denique circa A. 400. Obijt, cum  
S. Augustinum à se conversum ad fi-  
dem Doctorem sibi substituisset

2. S. Agathon M. militaris erat Im-  
peratore Decio, cūq; prohiberet quos-  
dam volentes illudere cadaveribus  
Martyrum, clamor repente vulgi ad-  
versus eum extollitur, oblatus itaque  
judici cum in confessione Christi per-  
sisteret, capite pro pietate dānatus est.

3. S. Phara V. Burgundiè magni in au-  
la Theoberti viri filia, castitatem deo  
vovit, & Sanctitate cōfirmavit Mel-  
dis, circa A. 600.

S. Ambrosius Eps S. Agathon M.  
S Phara V. 7 Dec.



*Letts.*

Nisi quis fragrantiam deuotionis  
sumpserit. praesentiam Dni habere non  
poterit. Ambrosius.

Deus qui populo tuo aeternae salu-  
tis B. Ambrosium ministrum tribuisti  
praesta quaesimus, ut quem Doctorem  
vitae habuimus in terris, eundem cum  
S. Agathone M. & S. Phara V. intercel-  
sorem habere mereamur in caelis, pe-  
D. N. Iesum

Ora pro Ecclesia, &

Conceptio B. M. V. Sancta & immaculata initio Ecclesiae minus disputata nostris temporibus illustrior evasit, studio populorum Dei matrem ab omni labe vindicantium; ita ut nihil ad eam plenè vindicandam super sit, nisi vox Senis Zachariae, Pontificis nimirum Romani è Cathedra dictantis, & disceptantes componentis in unum fidei & sensum & loquelam.

2. S. Eutychianus Papa Lunæ in Etruria ortus Aureliano Imperatore gubernavit Christi Ecclesiam. Is suis manibus 342 Martyrum corpora sepelivit Idem multa salutaria scripto, imprimis ordinationes clericorū, sancivit.

3. S. Macarius M. Alexandriae tempore Decij, cum à Iudice multis verbis ad negandum Christum suaderetur, & is maiori constantia fidem profiteretur vivu, exuri usus est.

Conceptio Immac. B. M. V. S. Macari-  
us. M. S. Eutyhianus PP. 8. Dec.



*Cultus B. M. V.*

Quid vitij in eius corpore aut mente  
vindicare sibi potuit locum, quæ toti-  
us divinitatis meruit esse Sacrarium.  
Pet. Damian

Famulistuis. quæsumus, Dne cæle-  
stis gratiæ munus impertire, ut quibus  
B. M. V. partus extitit salutis exordium  
conceptionis eius votiva solemnitas  
(& intercessio SS Eutyhiani ac Maca-  
rii) pacis tribuat incrementum, per D.  
N. Jesum &c.

Ora pro Sodalitatibus B. M. V. &c.

S. Leocadia S. Syrus Eps.  
S. Gorgonia. 9 Dec.



*Fuga peccati.*

Non est vere Christianus, qui non  
audet in eo statu mori, in quo aude  
vivere. Hieron

Exaudi nos Deus Salutaris noster, ut  
sicut de B. Leocadia V. & M. tua (S. Sy-  
ri Epi: S. Gorgonia) festiuitate gaude-  
mus, ita pia deuotionis erudiamur af-  
fectu, per D N Jesum &c.

Ora pro defunctis, &

1. S. Leocadia V. Toleti in Hispania  
præsede Daciano crudelissimo carcere  
maceratâ, auctis tormentis à S. Eula-  
lia & c. M. M. toleratis in orationem sese  
componens, in ea Spiritum immacu-  
latum Deo tradidit circa A. 290.

2. S. Syrus Eps Papiensis in Italia, à  
S. Petro in eas oras destinatus Apосто-  
lus multis claruit miraculis, quibus &  
urbem Ticinensem Christo adiunxit,  
& alios adiungere laboravit, SS. Mar-  
tyribus Gervasio & Protasio ædem sa-  
gram fecit, & illorum reliquijs ad mi-  
racula patranda est usus, Iudæus. qui  
de eius manu Sanctam hostiam com-  
municantis specie illusorie receperat,  
mirabiliter est ustulatus & derectus.

3. S. Gorgonia B. Gregorij Nazian-  
zeni Soror fuit, & æmula Sanctitatis.

S. Eulalia V. M. S. Melchiodes PP.  
& Carpophorus 10 Dec.



*Patientia.*

Oportet te aliorū grauiora ad mentem reducere, ut leuius feras tua minima. Kempis.

Deus qui nos concedis B. Eulaliae V. & M. tuæ (S. Melchiodis M. - atque pont. B. Carpophori & Abundij MM.) natalitia colere, da nobis in æterna beatitudine de eius (eorum) Societate gaudere Per D. N. Iesum &c.

Ora pro ægris, &



1. S. Eulalia V. Emerita in Hispania  
à nobilissimis simul & Christianis pa-  
rentibus procul ab urbe educabatur ne  
in persecutorum manus fidei causa ve-  
nirer. At illa fidei zelo accensa è pio  
carcere euadens noctu ad urbem & die  
seq. ad tribunal 18. annos nata penetra-  
uit, & Christum libere confessa, con-  
stantia fidei & tormentorum patientia  
inimicos crucis perterrefecit.

2. S. Melchiades Papa eruditione &  
Sanctimonia vitæ Ecclesiam pavit sub  
Maximiano Imp. cuius etiam iussu  
martyrio coronatus est.

3. S. Carpophorus presbyter Hispa-  
lensis in Hispania fuit. Is persequente  
Ecclesiam Diocletiano Imp. primo no-  
dosis fustibus gravissime cæsus, deinde  
multos dies sine cibo & potu clausus,  
ab Angelo eductus, zelo fidei iterum  
captus est & occisus.

S. Damasus PP. S. Daniel Stylita  
S. Ida. 11 Dec.



*Timor Domini.*

Ne desperando augeamus peccata  
datus est locus penitentiae & ne spe-  
rando augeamus, datus est dies mortis  
incertae. August.

Exaudi Dne preces nostras, & inter-  
veniente B Damaso C. tuo atq; Pont.  
(S. Daniele: S. Ida) indulgentiam no-  
bis tribue placatus & pacem, per D.N.  
Iesum &c.

Oratio pro Papa. &

1. S. Damasus Papa Rom. è Lusitania ortus Eunomij & Macedonij hæresin adversus Spm S. excogitatam damnavit. Auxentium item Mediolani Epum Arianum. multam idem operam posuit in SS monumentis tum restaurandis tum scripto ad memoriam posterorū consignandis, maxime vero in reformanda genuina textus sacri lectione decessit miraculis clarus tam in Vita quam morte circa A. 380.

2. S. Daniel Stylica 26 annos columna insitens transegit, ab Imp. principibus & populo nō aliter quam Angelus honoratus; veruntamen pro Ecclesiæ adversus Iconoclastas pugnantis utilitate ac subsidio Dei iussu à columna recessit & Imp. Basilisco penas à Deo interminatus est.

3. S. Ida Niuellensis V. Instituti sacri propolitiū Rameiæ complevit.

S Spiridion Eps S. Synesius M.  
S. Ammonaria &c. 12:Dec.



*Charitas.*

Castitas sine caritate, lampas est sine  
oleo, tolle caritatem castitas non pla-  
cet. Bern.

S spiridionis Conf. tui atque Pont.  
(S. Synesij M S. Ammonariae & Socia-  
rum M.) qua sumus Dne annua solem-  
nitas, pietati tuae nos reddat acceptos:  
ut illum (illas) B retributio comite-  
at, & nobis gratiae tuae dona concili-  
et, Per D N Iesum &c.

Ora pro Regnis Christianis, &

1. S. Spirition Eps Cypri ex Opili-  
one, gregem rationalē pro brutopavit  
verbo & exemplis. verbo quidem cum  
& ignorantes docuit assidue, & veritas  
ei relicta res coarguit. factis dum &  
Misericordiæ operibus vacat & pati-  
enti animo iniurias tolerandas impu-  
ne transmisit. Hinc ei etiam mortuus  
è supulchro interrogatus respondere  
potuit.

2. S. Synesius M. Romæ à S. Sixto  
Papa lector ordinatus cum multos ad  
Christi fidem perduceret Aureliano  
Imperatori delatus dirissime est tor-  
tus pro Christo, & demum gladio per-  
cussus martyrio coronatus.

3. S. Ammonaria V. Alexandria  
vna cum S. Mercuria, Dionysia & Am-  
monaria altera passa est, prima harum  
in persecutione Decij in auditis tor-  
mentis superatis ferro cædente vitam  
finiuit, cæteræ terro iudice citissi-  
me præciso capite cōsummatæ sunt,

S Lucia. V M. S. Aubertus Ep.  
S. Iodocus Conf. 13 Dec.



*Castitas.*

Virginitas est Soror Angelorum,  
Victoria Libidinum, Regina virtutum  
possessio omnium bonorum. Cypr.

Indulgentiam nobis quaesumus  
Dne B Lucia V. & M (S. Aubertus  
S. Iodocus Conf. imploret, ut qua  
(qui) tibi suis placuit meritis, nostris  
sua intercessione sese inserat actis. pcc  
D. N. Iesum &c.

Ora pro Virginitibus, &

1. S. Lucia V Syracusana nobilissimis  
& Christianis parentibus orta mundū  
luce virtutis suæ illustravit. Ei ad B. A-  
gathæ sepulchrum oranti, ipsa V. ap-  
paruit & futura revelavit. Itaque ero-  
gatis ocys diuitijs cunctis in pauperes  
viduas & orphanos, se martyrio præ-  
paravit, quod per collum trajecto gla-  
dio feliciter consummauit.

2. S. Iodocus Conf. Angliæ Reguli  
filius fratri ius regni cedens in Galli-  
am peregrinus Christi imitatione dis-  
cessit. Ibi ille felicius quam in patria &  
pijs & feris imperavit, Deo dante vir-  
tutem ad mirabilium operum patra-  
tionem, quam numen consummauit  
quando super Missam celebrantis Io-  
doci caput manus cælestis benedicens  
apparuit, circa A. 653.

3. S. Aubertus Eps Cameracensis  
sub Dagoberto Rege Sanctitate cele-  
bris cunctis se visentibus dabat verba  
salutis A. 676.

S Nicasius Eps M S Volcquinus Ep  
S. Eutropia. V. M. 14 Dec.



*Meditatio mortis.*

Cogita te iam mortuum, quem scis  
necessitate moriturum. Bern

Deus qui nos B Nicasij Conf. tui atq  
Pōt. (B Volcquini: B Eutropiæ) solē  
nitate latificas; concede quæsumus  
ut cuius gaudemus meritis, instruamur  
exemplis. per D N Iesum &c.

Ora pro tentatis &



1. S. Nicasius Rhemorum in Gallia  
Eps, cū didicisset diuinitus decretā esse  
vastationem Galliarū & Urbis suæ. ob  
peccata, cives suos hortatus est, ut sine  
armōū cura se morti fortiter tolerā dæ  
deo offerrent. dispositis igitur vniuer-  
sis ipse hostibus obviam iuit cum clero  
& veluti bonus pastor animam suam  
pro suis ouibus posuit circa A. 410.

2. S. Volquinus Eps Teroanensis seu  
Morinorum in Flaudria, Eps fuit San-  
ctitate tam illustri, ut pro corporis illi-  
us honore una nocte ira lacus gelu  
astringeretur, ut altera die id secure  
per eum deduceretur in honore, ad Si-  
tiuense S. Andomari monasterium.

3. Eutropia B. Nicasii Soror cum eo  
capta & seruata ad luxuriam barbaro-  
rum cum ei non consentiret, iugala-  
ta est.

S. Valerianus Eps B. Sanctulus Pres  
S Christiana ancilla, 5. Dec.



*Meditatio gloriae caelestis.*

Quod Deus in caelo praeparavit dili-  
gentibus se, acquiri quidem potest, et  
amari non potest. August.

Protegat nos Dne B. Valerianus Eps  
(B. Sanctulus: B. Christiana) pro nobis  
intercedendo, ut & conversationis ei-  
us experiamur insignia & intercessio-  
nis percipiamus suffragia per D. N. Je-  
sum Chr. &c.


Ora pro inimicis tuis, &c

1. S. Valerianus Eps in Africa sub  
persecutione Wandalica Geiserici  
Regis octogenarius postulatus ut Ec-  
clesiæ utansilia traderet, qui cum hoc  
faeinus constanter abnueret, extra  
ciuitatem pulsus est solus, iussūq;  
est ne quis cum domo vel agro suo uti  
sinceret. itaque multo tempore in stra-  
ta publica nudo sub aere iacens in cō-  
fessione & defensione Catholicæ ve-  
ritatis cursum beaæ vitæ compleuit

2 B. Sanctulus presb. Nursiæ in Ita-  
lia sanctitate & miraculis claruit. Is  
cū a Longobardis decimas olei exi-  
geret, ijq; virū S. illuderent & contu-  
melia exciperent, eo quod Oliuarum  
torcular toto die oleum nō fluxisset,  
allata affusaq; aqua benedicta olei  
fluxum felicem effecit.

3 S. Christiana ancilla apud Iberos  
Asiæ, eam gentem ad Christum con-  
uertit tempore Constantini.

S. Ado Eps. Tres Pueri Babylonici  
S. Albina V. M. 16. Dec.



*Humilitas.*

Non nocet si omnibus te supponas:  
nocet autem plurimum, si vel uni te  
præponas Kempis.

Fac nos quæsumus Dne S. Adonis  
Conf. tui atque Pont. (SS Trium pue-  
rorum: S. Albina V.) semper festa se-  
stari, cuius (quorum) suffragiis prote-  
ctionis tuæ dona sumamus, per D. N.  
Iesum Christum &c

Ora pro fidei augmento, &c

1. S. Ado Viennēsis in Gallia Eps ab  
A. 857. populum sibi creditū de doctrina  
& Sacramētis pavit, & nō solū prodes-  
set suis & præsētibus ad posteris  
Chronicon transmisiit Obijt A. 891. 1

2 Tres, ut vocant pueri Babylonici  
Ananias. Azarias & Misael, a Nahu-  
chodonosore Rege Chaldæorum, sub  
quo præsēcturam administrabant,  
tenti sunt & quod statuam auream,  
quam idem Rex dedicarat, adorare  
recusarent in fornacem ignis grandē  
immisi sunt. sed Dei virtute clarifica-  
ti in igne comite Angelo ambulantes  
ac Deum hymno nouo laudantes,  
agnitionis ueri Dei causa & instrumē-  
tum facti sunt.

3. S. Albina V & M. Cæsariensis in  
Palæstina sub Decio Imp grauissima  
pertrulit supplicia, post quæ denum  
capitis abscissione coronata est Cor-  
pus eius Caietam in Italiam auctum  
in honore est.

1. S. Lazarus Eps frater fuit nobilium  
sororum Martha & Mariae de Castello  
Bethania, quem Dns Iesus ante Passio-  
nem suam quattiduanum excitavit e se-  
pulchro, vt esset exemplar diuinæ potes-  
tatis & faciem praeferret Iudæis affectu  
caecis. Idem post dispersionem Aposto-  
lorum in orbem cum sororibus Massili-  
am aduectus ibidem doctor vitæ genti-  
bus factus gloriose altera vice viuendi  
finem fecit.

2 Translatio S. Ignatij Epi. & M. qui  
tertius a B. Petro Antiochenam rexit Ec-  
clesiam. eius corpus ab Vrbe Roma ubi  
passus erat sub Imp. Traiano, Antiochiã  
delatum, extra portam Daphniticam  
in cimiterio Ecclesiæ collocatum per  
eiusdem discipulos, quod postea sub  
Theodosio Iunioris Imperante in Vrbe  
ipsam translatum est summo cum ho-  
nore.

3. S. Begga Vidua F. Pipini I. de Landis  
d. d. 10. 10. 5. G. 11. 11. 5. V.

S. Lazarus Eps Translatios. Ignatij  
S. Begga Matr. 17 Dec.



*Cura salutis.*

Percutitur hac animaduersione peccator, ut; moriendo obliuiscatur sui qui uiuens oblitus est Dei. Aug.

Exaudi quæsumus Dne preces nostras quas in B. Lazari (B. Ignatij) B. Begga solemnitate deferimus ut qui iustitiæ nostræ fiduciam non habemus, eius precibus adiuuemur, per Dnm nostrum Iesum &c.

Ora pro penitentibus, &

1. S. Modestus per ambages fortunæ ad summum pene in Ecclesia Christi culi ē eductus, inter vincula parentum in carcere positorum natus, quinto mense post eorum obitum gentili educandus traditur ab eo adultior aufugit Athenas, inde in Ægyptum abductus, patris passim sese redimens miraculis, demum Ierosolymorum patriarcha creatus modestissimam vitam sancto fine conclusit.

2. S. Auxentius mopsuestiæ in Cilicia Eps, olim sub Licinio Imp. miles elegerat potius militari cingulo priuari, quam Baccho falso Deo vuas offerre. Pietatem Deus honoravit, & suæ maiestatis Sacerdotem effecit.

3. S. Victoria Nob. Romana V. cum sorori suæ Anatholiæ nuptias suadet, ab ea persuasa est Christum cunctis sponis præferre. Hinc illi ab Eugenio spōso irato cor gladio transfixum est circa A. Dni 253.



§ Modestus Patr. S. Auxentius Epi  
S. Victoria V. M. & Dec



*Mortificatio sui.*

Dum viuis in carne morere munde  
ut post mortem carnis Deo viuere in-  
cipias Bern

Deus qui nos B. Modesti Patriarchae  
(S. Auxentij Epi: S. Victoriae V. & M.  
tae) annua solemnitate laetificas, pro-  
sta quaesumus, ut cuius gaudemus in-  
ritis accendamus exemplis per D. N.  
Iesum Christum &c.

Ora pro Ecclesia Catholica, &c

1. B. Mengesius alijs Mengengaudus dictus è Geldria Comitum stirpe ortus sub Ottone III. Imp. fortis militiæ Dux enituit cumq; bello Bohemico filium unicum amisisset una cum coniuge Gerbirge Zurphanix comitissa mortalitatis memor, se ad æternitatis curam trās-tulit, & Villecense Monasterium filix Adelheidi condidit, ipse castitatis &c. virtutum stadium gloriose decurrit.

2. S. Fausta nobilissima Matrona inter Romanas Prætextati V. Cl gentilis uxor, sed fide Christi nobilior B. Abast-Asian filiam suam postea Martyrem inter cunabula effecit Christianam, sanctoq; sine ante filiam quieuit.

3. S. Eberhardus dictus ex nobilissima Vasinorum familia Monachus Cassinē- sis, ad Episcopatum Interamnensem euectus sanctissime in dignitate illa suis præluxit, maxime pauperum & Orphanorum in cura obiit A. 1121. miraculis clarissime effulgens.

S. Mengofus Comes S. Fausta matrona.  
S. Eberhardus Eps. 19. Dec.



*Studium Virtutum.*

Ministrate in virtute scientiam, in  
Scientia abstinentiam in abstinentia  
patientiam. D. Petrus.

Praesta quaesumus omnipotens Deus  
ut intercedente B. Mengoso Cont. tuo  
(B. Fausta: B. Eherhardo) & à cunctis  
adversitatibus liberemur in corpore &  
à pravis cogitationibus mundemur in  
mente per D. N. Iesum Chr. &c

Ora pro Pastoribus animarum, &c

S. Pelagia V. Regia S. Thomæ Ap-  
discipula, in matrem Virginū consecra-  
ta est cum Dionysius vir eius vna con-  
uersus Indorum Apls esset, consecratus  
post cuius mortem persecutione com-  
mota, gladio est perēpta, quod nec vel-  
let nubere nec sacrificare

2. S. Ammon & socij eius Zeno ac Pro-  
lemæus Alexandria in Aegypto præcla-  
rissimū in religionis Christianæ ac for-  
titudinis agonē ingressi sunt, cum qui-  
dam ē Christianis territus supplicijs vi-  
deretur nutare inter Confessionem &  
abnegationem Christi quem cum ē pro-  
pinquo nutibus alijsque modis stabili-  
rent, demum zelo sacro perciti sponte  
Christum Confessi sunt, & ciuem cæli  
societate sua seruauerunt, circa A. 253

3. S. Philogonius Eps Antiochiæ ex  
causidico ad thronum sacrum euectus  
Dei nutu, aduersus Arium una cum A-  
lexandro Epo pro fide Catholica primū  
certamen iniuit,

Pelagia V & M. S Ammon & Soc. M.  
S. Philogonius Eps. 20. Dec.



*Humilitas.*

Non aestimet humana quævis felicitas sibi pudendum, quod Deus in forma servi non est arbitratus indignum. Leo

Protegat nos Dne B. Pelagia V & M. S. Ammon cum Sociis MM S. Philogonius Eps) pro nobis intercedendo, ut conversationis eius experiamur in ignia & intercessionis percipiamus suffragia per D. N Iesum Christum &c.

Ora pro Religiosis, &

1. S. Thomas Apostolus Parthis Me-  
dis, Persis & Hyrcanis Euangelium Chri-  
sti predicans, demum in Indiam perue-  
niens, cum eos populos in Christi reli-  
gione instruxisset Regis iussu lanceis  
transfixus occubuit. Eius reliquiae pri-  
mum Edessam, deinde Orthonam dela-  
tae sunt. Lusitani Indiam Orientalem ob-  
navigantes Meliapore memoriam eius  
depicherunt.

2. S. Iuliana V. & M. Nicomediensis  
sub Maximiano Imperatore primum  
a patre suo Africano graviter caesa dein-  
de sub Eulasio praefecto cui nubere re-  
cularat varie cruciata, & in carcerem  
detrusa, ibi palam cum diabolo conflix-  
it, demum decollatione martyrium con-  
summavit. corpus eius Cumas in Itali-  
am translatum honorifice colitur, 19 Febr.

3 S. Edburga V. Abbatissa floruit cir-  
ca A. 680 in Britannia,

S. Thomas Apost. S Iuliana V. M.  
S Edburga V Abbat. 21 Dec.



*Cultus SS. vulnerum Christi.*

Videtis vulnera quæ infixistis, latue  
quod pupugistis. per vos & propter vos  
aperitum est, nec tamē intrate voluistis.  
August.

Da quæsumus Dne B. nobis Thomæ  
Apostoli tui (S Iulianæ V. & S M: Ed-  
burgæ V. & Abb) solemnitatibus glo-  
riari: ut eius semper & patrocinijs sub-  
leuemur, & fidem congrua deuotione  
sectemur per D. N. Iesum Chr,  
Ora pro Indijs, &


1. S. Zeno miles fuit sub Imp. Diocletiano . cum igitur idem Imperator die quadam Cereri immolaret atq; hic Christi miles immolantem vanæ Deæ derisisset malis contractis dentibusq; excussis capite truncatus est Nicomediæ.

2. S. Anastasia è Romanorum patritio sanguine orta, nobiliori se generi inseruit per fidem, instruente S. Chrysogono Nupta Publico viro malo eius sæuitiam superavit. Publico defuncto Vlpianus ei est insidiatus. sed frustra, quippe oculis orbatus, mox vita excussus est. Demum nauis perforatæ imposita est, & cum ea ad portum delata palis affixa cum sociabus flammis martyrium consummauit.

3. B. Hungerus Frisius Presbyter S. Odulphi hoministræ Ultraiecti Epe designatus spei de se conceptæ mensuram impleuit. Fugatus à Danis Prumiæ exulauit



S. Zeno Mart S Anastasia M. S. Hun-  
gerus Eps. 2. Dec.



*Deuotio.*

Homo recedendo à Deo frigescit  
accedendo vero ad illum feruescit Au-  
Præsta quæsumus Omnipotens De-  
us, ut B Zenonâ M rui, S Anastasiæ M:  
S. Hungeri Epi) natalitia recensentes  
eius precibus & meritis adiuemus  
Per Domi N. Iesum Christum &c.  
Ora pro Benefactoribus tuis, &c

1. S. Servulus Confessor. Romæ à primæva sua ætate usq; ad finem vitæ paralyticus jacuit in porticu prope Ecclesiam. S. Clementis, & demum Angelorum cantibus invitatus transivit ad gloriam paradisi, ad cujus tumulum Deus miracula creberrima ostendit.

2. B. Hartmannus primum Passaviæ Canonicus, deinde Salisburgi Decanus Præpositusque Chymensis Brixien-  
sis Eps est postulatus.

3. S. Victoria V. Placentina B. Savini ibidem Epi Soror, Romæ nata, postea à fratre cænobio Virginum S. Michaelis præfecta, multos annos in vigiliis, orationibus, jejuniis aliisq; piis operibus Dno serviens, tandē ad cælestes nuptias evocata quievit in pace.

S. Servulus Conf. S. Hartmannus Epi.  
S. Victoria V. Abb. 23. Dec.



*Patientia.*

Tanto quisq; minus bonus convincitur,  
quanto minus convincitur patientis  
Gregorius.

Deus qui nos B. Servuli Conf. tui  
(B. Hartmanni Epi. S. Victoriae Abb.)  
annua solemnitate laetificas; concede  
propitius, ut cuius natalitia colimus  
sua actiones imitemur per Dnm. N.  
Iesum Christum &c.

Ora pro Aegris &

1 S. Delfinus Burdegalensis Eps  
ætate sua vir conspicuus A. 381 inter fu-  
it Concilio Cæsar Augustano ad eundē  
S. Ambrosius & S. Paulinus dedere lite-  
ras magnis terrarum disiuncti spatij

2. B. Anno r Colon. Eps tempore Pi-  
pini & Plectrudis Austriæ Ducum  
causam B. Plectrudis, repudiatae apud  
Pipinum. vna cum S. Lamberto ac S. Sui-  
berto sedulo egit, cæteraq; ad manus su-  
um pertinētia pijsime executus est.

3 B. Tharsilla V. amita S. Gregorii  
Magni, cum inter duas alias sorores  
virtute continuæ orationis gravitate  
vitæ, singularitate abstinentiæ ad cul-  
men sanctitatis excreuisset Felix Papa  
ei defunctus pridem apparuit, & mansi-  
onem perpetuæ claritatis ostendit Imo  
ipse Deus ei se morienti manifestauit.

B. Delfinus Eps. S. Anno I. Eps Colo  
S. Tharilla V. 24. Dec.



*Abnegatio sui.*

Plus homo nocet tibi, si seipsum  
querit, quam totus mundus & omnes  
adversarii eius Kempis.

Deus qui nos concedis B. Delfini  
Conf. tui atque Pont. (S. Annonis  
& Tharilla V.) natalitia colere, da  
nobis in aeterna beatitudine de eorum  
societate gaudere per D N I. & c.

Ora pro augmento caritatis, &

Nativitas Domini Nostri Iesu Chri-  
sti sec. carnem 25. Dec.



*Amor Christi.*

Sic nasci voluit pro nobis, qui à no-  
bis voluit amari Chrysol.

Concede quosumns omnipotens De-  
us ut nos unigeniti tui nova per carnē  
nativitas liberet, quos sub peccati jugo  
vetusta servitus tenet per D. N. Ies. &c.

Ora. pro desolatis, &c

1. Natiuitas Doi N. Iefu Christi fecun-  
dum carnem in Descriptione orbis sub  
Augusto Cæfare accidit in Bethlehem  
Iudæ Balbo & Verere cosſi A. 39 Cæſ Au-  
guſti poſt mortem Iulij Cæſaris, Herodis  
vero Regis ex quo tempore Rex erat ap-  
pellatus a Romanis 35, ex quo Ieroſoly-  
mam occupauerat 32. currentibus in ple-  
nilunio 25. Dec. nocte media Diem do-  
minicum præcedente, In qua & claritas  
Dei Paſtores in regione eadem circum-  
fulſit, & Angeli gloriam Deo concinue-  
runt, & ſtella oriens ex iacob cepit ex  
Oriente elicere magos, & vniuerſi curſus  
cepit benedictione noua Dei emendari  
Ea feſtiuitas quocunq; cali & anni tē-  
pore triſtiſſimo repetitur, non ſine ad-  
mirando miraculo, quo hominum men-  
tes letitia & gaudio videmus in ſolito  
modo repleti

S. Anastasia & Eugenia S. Mar  
tyres Nicom. 25 Dec.



*Fuga peccati.*

Contra mortifera blandimenta luxuriamur, scientes in eo quotidiana martyria Christianis deesse non posse Aug.

Da quaesumus omnipotens Deus ut tui B. Anastasiae Martyris tuae (S. Eugeniae: SS MM. Nicomediensium) solemnia colimus, eius apud te patrocinantiamus. per D.N. Ies. &c.

Ora pro infidelium conversione, &c



1. S. Anastasia, tempore Diocletiani primo diuam custodiam à viro suo Pulo perpeffa, deinde à Floro Præfecto Illyrici diutina custodia macerata, ad ultimum manibus & pedibus ligata ad palem, ignibus circum accensis martyrium consummavit in Infula Palmaria ad quam cum 200 viris 70. fæminis deportata erat.

2 S. Eugenia V. Philippi Aegypto Præfecti filia, Alexandria literis & Philosophia exculta ad Christianæ religionis sapientiã peruenit, in qua & gloriã Virginitatis, & martyrij palmã & Doctrinæ aliis collatæ coronam retulit. Gladio finem vivendi invenit.

3. S. MM. Nicomediæ cum in templo Synaxin celebrarent natalis Domini, optione data ut exeuntes immolarent Diis, aut exurerentur, per ignem unanimiter celo sunt renati.

S. Stephanus. M. S. Constantius. S. Dom  
na cum 20000 26 Decem.



*Caritas.*

Purpuratum ducit exercitum, qui  
pro Dei sui adhuc calente sanguine  
sanguinem suum avidus bellator effu  
dit. Chrysol.

Omnipotens sempiternae Deus: qui  
qui primitias Martyrum in B Stephani  
sanguine dedicasti: tribue quæsumus  
ut pro nobis intercessor existat ( cum  
S. Constantino. S. Domna & sociabus  
Mart.) qui pro suis persecutoribus exo  
avit D. N. Iesum &c

Ora pro inimicis tuis. &c

1. S. Stephanus protomartyr, unus ex  
septem primis Ecclesiæ Archidiaconis  
plenus spiritu S. confundebat Iudæos  
incredulos ad pœnitentiam, verbis &  
signis magnis virtute Christi editis  
Id ut æstimationem magnã ei in æquis  
animis, ita odium in perfidis excita-  
vit, qui vim argumentorum, eius ver-  
bis refellere non valentes lapidibus  
obruere sunt conati; sed ille sub imbre  
lapidum vocem edidit, quam totus  
mundus inaudit etiamnum, & mira-  
tur cum fructu imitantium.

2. S. Cōstātinus Iudæus fuit, vidēs autē  
Christianū quēdã cū in fossam delabi-  
tur signo crucis se signare sugere inco-  
lumem factus est Christianus, etiã cæ-  
nobium ingressus, Christi & Angelo-  
rum multos favores est expertus.

3. S. Domna superstitionis antistita sub  
Maximiano Imp, facta est antistita  
pietatis, & dux ad religionem, pro qua  
etiam ipsamet victima oblata est Deo



S. Ioannes Euang SS Theodorus  
Theophanes. S. Fabiola Matr

*Fortitudo.*

Savit ignis, sed Dominus nobiscum  
est in tribulatione Si Dominus nobis-  
cum, quis contra nos? Bern.

Ecclesiam tuam Dne benignus illu-  
stra ut B. Ioannis Apostoli tui & Euan-  
gelistæ (S. Theodori ac Theophanis: S.  
Fabiolæ) illuminata doctrinis, ad do-  
na perveniat sempiterna, per D. N. I.  
Christum &c.

Ora pro augme. to caritatis

1. S. Ioannes Evangelista F. Zebedæi  
dilectus discipulus Dni, post resurre-  
ctionem eius primus inter viros ad  
monumentum resurgentis advenit,  
Petro tamen ingressuro primas cessit.  
Eidemque jam Vicario ad pascendas  
oves à Christo constituto primus se  
subiecit, sequendo Petram, uti ipse  
iussus sequebatur Magistrum. Adeo  
humilis, ut famam dese, ut non morituro  
editam refutarit; adeo servans carita-  
tis, ut in extremam usq; senectam i-  
dentidem inculcaret, suum solenne  
DILIGITE Obiit Ephesi sub Trajano  
Imp. cum septem fundasset Ecclesias  
Episcopales in Asia.

2. S. Theodorus & Theophanes Fra-  
tres in Monasterio S. Sabæ à pueritia  
enutriti cum postea pro Sacrarum i-  
maginum cultu contra Leonem Ar-  
menum decertarent eius iussu verbera-  
ti, exilio multati, & repetito certamine  
sub Theophilo Imp. iterum verberati

SS Innocentes Martyres  
Sub Herode 28. Dec.



*Contemptus seculi.*

Quid vis? amare tēporalia & transi-  
re cum tempore etiam mundum relin-  
quere, & æternum vivere? Aug.

Deus cuius præconium Innocentes  
Martyres non loquendo sed moriendo  
confessi sunt: omnia in nobis vitiorum  
mala mortifica, ut fidem tuam, quam  
lingua nostra, loquitur etiam morien-  
do vita fateatur per D. N. Ies. & c.

Ora pro Iuventute, &

SS. Innocentes ab Herode Rege Iudæ-  
orum occisi sunt, ut ex Iosepho histo-  
rico eorum colligitur A secundo à na-  
tuitate saluatoris, cum enim sub id tem-  
pus, quo orbis ex edicto Augusti descri-  
bebatur, Herodes Rex gratia Augusti  
excidisset. & iudicandi absolutæ potestas  
agendiq; vehementer illi esset diminu-  
ta, multis legationibus inter Hierosc-  
lymâ & Romamq; pro recuperanda gra-  
tia missis tandem secundo anno per Ni-  
colaum Damascenum ea est recupera-  
ta qua recepta & in filios suos & in In-  
nocentes iuxta tempus à magis exqui-  
situm desæuijt. sed sibi infamiam mise-  
riamq; illis, ut in pia causa occisis æter-  
nam gloriam procurauit, sed & Christi  
quem persequebatur gloriæ administer  
inuitus factus est cum tam crudeli facto  
vulgato, Christi natiuitas latius propa-  
gatur, quam si adorando Dominum ho-  
norasset

S. Thomas Aps. S. Melania Rom.  
S. Hilduardus Aps. 19. Dec.



*Sudium Orationis.*

Si Christus orabat, qui sine peccato  
erat, quanto magis oportet peccatores  
orare. Cyprianus.

Deus pro cuius Ecclesia gloriosus  
Pontifex Thomas gladiis impiorum  
occubuit, præsta quæsumus ut omnes  
qui eius & S. Melaniæ (S. Hilduardi)  
implorant auxilium petitionis suæ sa-  
lutarem consequantur effectum per D.  
N. Iesum Chr. &c.

Ora pro Anglia, &



1. S. Thomas Cantuariensis in Anglia Aeps, omen vitæ futuræ in adolescentia accepit, cum accipitrè capturus, aquis captus vitam pene amisit, nisi rota molæ aquaticæ sponte consistens ei gradū emergenti construxisset. Verbo ob defensionem Iustitiæ & Ecclesiasticæ libertatis dum regē lucrari Deo studet ab impiorum hominū factione in basilica sua gladio percussus, per eosdē ad cælum ascendit per quos exitium accepit A. 1170.

2. S. Melania Romanorum matronarū nobilissima, Ierosolymam navigans virtutum gloria fæminas cæteras anteivit, inter virgines vitam agens.

3. S. Hilduardus Tullensis Eps Bertino à quo educatus erat successit. Cū vero Episcopalis sedis rivalem pateretur abdicata dignitate Romam abiens, à S. Petro monitus in Flandriæ partes in opus verbi Dei advenit, & fructum copiosum tulit.

S. Sabinus Eps & soc, M. S. Gerardus  
Ordin. S. Philetæus Conf 30 Dec



*Memoria Finis sui.*

Quare tuum bonum: summum bo-  
num hoc est bonum tuum. Aug  
B Sabini & soc MM. (B. Gerardi B.  
Philetæri Conf tui) quæsumus nobis  
adsit oratio ut culus lætamurobsequio  
eius pium iugiter experiamur auxiliū  
per Dominum nostrum Jesum Chr. &c  
Ora pro Episcopis &

2. S. Sabinus Eps Spoletanus sub Max-  
imiano Imp. vna cum Marcello & Exu-  
perantio primū equuleo suspensus, de-  
inde fustibus graviter mactatus, postea  
ungulis abrasus & laterum exustione as-  
satus martyrium complevit

2. B. Gerardus Ord. minorum apud  
Valentiam Liguriæ oppidum natus 14  
annos ad nuptias coactus fugit, & soli-  
tarius ad 40 annum vixit. quo A. demū  
Ordini minorum se dedit, multisq; cla-  
rens miraculis Panormi obiit A. 1345  
ære Campano sponte consonante ad o-  
bitum sancti.

3. S. Phileræus Nicomediensis forma  
præstantissimus religione Christiana to-  
ti se mundo commendavit sub Diocle-  
tiano Imp. fortitudine animi & miraculis  
stupendis emicuit, martyrioq; corona-  
tus est,

S. Siluester. PP. S. Columba. V. M.  
S. Barlaam Presb. 3. Dec.



*Detestatio peccati.*

Agnosce, O Homo, quam graua sūt  
vulnēra pro quibus necesse est Dnm  
Christum vulnerari Bern.

Da quaesumus Omnipotens Deus, u  
B. Siluestri Conf. tui atq; Pont (S. Co  
lumba V. & M. tua: S. Barlaami Presby  
teri) veneranda solemnitas & deuotio  
nem nobis augeat & salutem per Dnm  
nostrum Iesum Chr &c.

Ora pro excitando seruiore Sps. &c


1. S. Silvester Romanus Pontifex erat  
eo tempore quo Constantinus M Romā  
& occidentem ē Maxentij Imp & genti-  
lium iugo exemit. quia tamē clerus Ro-  
manus dissidijs quibusdā sectus erat in  
partes, S. Petro & Paulo S. Silvestrum  
approbantibus, in Soracte latens ad lucē  
eductus est, & ei se Constantinus subie-  
cit, baptizatusq; deinde sedi Apostolicæ  
Romā cecit, alibi imperij sede excitata

2. S. Columba V. Aureliano Impera-  
tore vastante Ecclesiam Christi apud Se-  
nonas Veneri spicæ litare iussa, iubētē  
& rem iustam pariter irriti, cumq; eam  
ob rem infamem in locum violanda du-  
ceretur impudens iuuenis eā aggressus  
ab Ursa accurrente ita tractatus est, quo  
ad numen agnosceret in Columba, quæ  
tandem gladio consummata est

3. S. Barbatianus Presbyter Ravennæ  
claruit temporibus Valentiniani Sancti-  
tate.


erat  
mā.  
ci-  
Ro-  
in  
um  
ucē  
ie-  
icæ  
ata  
era-  
Se-  
ētē  
am  
lu-  
Tus  
ucē  
quæ  
næ  
ti-




































Th  
2537